REGVLA IIII.

ACTA criminalia, vel inſtrumenta in cauſa criminali non debent produci fiſco ab eo, de cuius crimine agitur. Hanc Regulam ponit Bar. per illum tex. in l. is apud quem. nu. 8. C. de æden. intelligendo glo. ibi, in verbo, exhibere. quem ſequitur ibi Iaſ. & alij Doctores, probatur etiam per tex. in l. nimis graue, C. de teſtib.

Limita

Limita primo secundum Barto.ibi,in casibus in quibus serui torquentur contra dominos , vt in l.j. & in l.interrogari. ff. de quæstio. quia in illis casibus compelluntur ædere instrumenta contra seipsos. Idem videtur dicendum , quando accusatus vel inquisitus est conuictus per indicia sufficientia ad torturam:quia ex quo tunc probationes extrahuntur de domo ipsius rei per cruciatum corporis sui, multo fortius per sua instrumenta:Ita est de mente Bart , in l.ij §.diuus.ff.de iure fisci ,

Secundo fallit , quando aliunde non possunt haberi probationes: Ita concludit Alex.in d.l.is apud quem.num. 10.Quod dictum puto procedere solum quando agitur de delicto,ex quo delinquens illicite lucrum consequeretur:per tex.in c.ex pœnitentibus.50. distin.per doctrinam Bar.in l.Marcellus.ff.rerum amota.Inno.& Cano. in c. inquisitionis,de accusa.Panor,in c.innotuit.in ij.col.de elect.

REGVLA V.

Acta omnia iudicialia,siue Ciuilia,siue Criminalia,debēt ędi litigantibus , vt probatur in l.ij.C. de ęden. in tantum quod si non ædantur,poterit pars appellare,vt in l.ij. C. vt lite penden. in c. G. perpetuus.de fide instru.Probatur etiam ista regula per tex.in l. j.§. ædenda.ff.de ęden.& in l.ix.in legibus de Madrid.ea ratione attęta.Quia actus iudiciarius eo ipso quod est factus, censetur communis alteri parti:& ideo potest petere copiam . Item etiam is qui iudice mandante non vult acta ædere,præsumitur in dolo,secundum Alex. in l.vbi.ff.de ęden. pro quo est tex.in l.non potest dolo . ff. de regu. iur.Potest etiam ad hanc Regulam assignari alia ratio : quia ędition actorum est species defensionis:quod patet,quia hoc fit ad effectum vt petēs possit deliberare an velit cedere,an cōētdere, vt l.j.in princip.ff.de eden.& Auth.offeratur . C.de litis contesta.Item etiam sit ad effectum veritatis inuestigandæ , d. l.is apud quem . nam habita copia facilius potest quis respondere,confitendo vel obijciendo , & sic merita causarum partium assertione panduntur, vt in l.fi.C.si per vim,vel alio modo.vnde iudex poterit de veritate causæ facilius iudicare,& ipsam veritatem inquirere visis allegationibus vtriusque partis.& circa hanc regulam vide Marcum de Mantua in lib. iij . Obseruationum,obserua.xxviij.& Pau.Pari.in c.quoniam contra. nu.29.& 79.de proba.

1 Limita primo hanc Regulam , dummodo talis ædition fiat iudice mandante , alias sine mandato iudicis non tenetur notarius actorum ædere acta: vt tenet Bal.per illum tex.in vers.iubebit.in d.l.is apud quem.col.j.& ibi Paul.de Cast.

2 Secundo limita , non procedere in attestationibus testium , quæ ante publicationem ædi non debent parti, sed debent esse sacræ penes iudicem & notarium actorum timore subornationi : vt est gloss. in d.l.is apud quem,per illum text, secundum quintam lecturam: &

ibi Bal.hoc expresse tenet nu.9.vbi allegat ad hoc tex.in §.quia vero.in auth.de testib.colla.7.

Tertio limita procedere, dum modo offeratur salarium tabellioni alias autem sine salario non tenetur ędere acta : vt est text. in l. argentarius . in princ.& ibi commu.doct.ff.de ęden . Quod tamen non habet locum in copia libelli, quę debet dari sumptibus actoris: vt est glo.in Clem.sępe.in.§.verum.quem ibi sequitur Cardi. nume. 17.de verbo.signi.& Barto.in l.j.ff.de æden.num. 3. est etiam gloss. in Clemen.ij.in verbo oblatos . de appella. Et idem est in causa pauperum,quod de iure notarius nihil ab eis recipere debet : ita tenet Ludo.Roma.in l.si vero.in.§.de viro.in fallentia , propter paupertatem.nume.48.ff.sol.matri.pro quo facit tex.in l.tam dementis. C.de epis.aud.quod dictum tanquam pium &; notabile sequitur Ias. in.§.tripli.num.55.Instit.de actio.& in l.nec quicquam.§.vbi decretum.nu.2.ff.de offi.proconsul.& lega.

4 Quarto limita , in nominibus testium in iudicio productorum & examinandorum:quia ante eorum publicationem non tenetur pars, ædere nomina eorum alteri parti , ne subducantur vel subornentur, sed soli iudici nominare tenetur : Ita tenet Specul. in titul. de teste. §.qualiter . nume. 3. Alexand. in l.j.in.§.æditione. in penult. col. ff. de eden.

5 Quinto fallit , in interrogatorijs testium , quę licet sint de actis, non tamen debent ædi alteri parti , ad euitandum subornationem testium: Ita tenet Abb.& doct.in c.per tuas,de testi. Alexan. in d. l.is apud quem .

6 Sexto fallit,in allegationibus iuris,quæ licet sint in actis productę,tamen non debent ædi alteri parti,ex quo fiunt ad meram instructionem iudicis: Ita tenet Inno.in c.per tuas.de testibus.quem sequitur Alex.in Auth.iubemus C.de iudi.Roma.singu. 266. Matthęus de Affict.in lib.j.constit.Neapol.rub.27.nu.29.in finalibus verbis.

Quod tamen intelligo verum , quando pars non prędentat illas in modum actorum in processu , sed dat illas iudici in manu propria & ita debet intelligi dictum Ias.reprobatum a Matth. de Affli. vbi supra:qui contrarium tenet in d.l.is apud quem.num. 6. & in d.l.j.§. ędenda.num. 6.ff.eod.titu. & illud dictum Iasonis reprobauit etiam Philip. Decius , in d.l.is apud quem,nu,20.& ibi Franciscus Purpura,nume,94.

REGVLA VI.

ACTIO personalis extinguitur,si debitor per decennium nõ petierit debitum, stante statuto quod in iure nostro validum est : Ita tenet Barto.in l.sequitur.in.§.si viam num.4.ff. de vsucap.& in l.cum notissimi.in prin.C.de prędscrip.xxx.vel xl.annor.& in l.si is cui §. Flauius.num.3.ff. de solut.& in l.legaui. ff. de libera. lega. & in l.j. nu.3.ff.de vsucap.&in l,ait prętor in.§.hi plane,ff.ex quibus causis

maio.

maio. & in l. cum mulier. ff. sol. matri. & in l. ambitiosa. num. 14. ff. de decre. ab ordine facie. & in l. nemo potest. ff. de leg. j. nume. 22. vbi in fortioribus terminis tenet, quod in tantum est verum de validitate istius statuti, quod non potest pacto renuntiari. quia est introductum in fauorem publicum & odium negligentis: & istam opinionem Bartol. sequitur Ias. in princ. Instit. de actio. nu. 100. vbi allegat pro ista opinione gl. in c. j. in. §. porro. in verbo, per restitutionem. & ibi Bald. quali. olim pote. seu. alien. in vsib. Feudo.

Contrarium, imo quod tale statutum non valeat in vtroque foro tanquam nutritiuum peccati, tenet idem Bart. contra morem suum sibimet contrarius, in repet. l. omnes populi. nu. 24. ff. de iustit. & iur. istam quæstionem latissime examinat Ioann. de Imola, in d §. si viam. vbi concludit veriorem esse opinionem istam. idem Ioan. de Imola dicit eam esse communem in consi. xvj. nu. 1. & in consi. xlvj. num. 2. Franci. Balb. in tract. præscrip. in ij. parte tertiæ partis princi. quæst. xiij. & 14. Philip. Prob. in Addi. ad Ioan. Monach. in c. j. num. 17. de præscrip. lib. vj. & quod ista sit communis opinio tale statutum non valere, firmat Ioann. Crotus de Monte Ferrato in d. l. omnes populi. col. xvj. & in d. l. nemo potest. col. xxx. versic. quærit etiam Bartol. & ibi hoc etiam tenet Franc. de Ripa, nume. 116. Ludou. Gomez. in d. prin. Instit. de actio. nu. 67. Matthę. de Aflic. in constitu. Neapol. lib. iij. rub. xxxj. nume. 4. Andræas Alciatus in l. quinque pedum. colum. vj. C. finium regun. Ludoui. Gozad. in consil. lvj. nu. 13. Stephanus Bertran. in consil clxxxiiij. nume. 5. in ij. volu. 2. impressionis. Felt. in c. fina. nu. 5. de prescript. quibus est addendus Adrianus in quolibeto. vj. articulo 3. Ex quibus omnibus supradictis apparet prędictum statutum non valere, tanquam nutritiuum peccati: pro qua opinione est text. in cap. si virgo. in versic. si autem scierit, nec ab aliena possessione recesserit 34. q. 1j. & in c. fin. cum simi. de prescrip.

Sed posito pro constanti quod prędictum statutum valeat, & sic regula nostra procedat, vt hodie est dispositum de iure nostro Regio: vt in l. iij. titu. xiij. lib. iij. ordina. in l. 63. Tauri. & in Pragmatica 157. de Madrid. anno Domini 1528. vbi dicit quod seruitia famulorum præscribuntur per triennium.

z Limita primo, (quia supradicta iura tantummodo loquuntur in actione personali) vt in actionibus realibus locum non habeat: Ita notabiliter concludit Ias. in d. prin. Instit. de actio. nu. 101. post Bald. & Areti. ibi, motus, quia cum istud statutum sit odiosum, debet stricte intelligi, l. iij. §. hęc verba, ff. de nego. gest. ita etiam determinat Petrus de Rauenna in Alphabeto suo, in verbo statutum. in ver. in statutis verba propria, pro qua opinione Ias. allegat gloss. in l. Aurelius. in §. Mœuia in verbo pupillę. ff. de libera. lega. per quam gloss. ita tenet Ludo. Roma. in consi. ccj. nu. 3. Francis. Curti. senior in cõsil. lxvj. nu. 8. licet contrarium velit tenere Gome. in d. prin. Instit. de actio. nu. 66.

2 Secundo limita supradictas leges Regni non procedere in foro cõ scientiæ: Ita notabiliter determinat R.P.Frater Alphõsus a Castro, in casu dictę Pragmaticę de Madrid: eam declarando in lib.ij.de po testate Legis pœnalis, c.x.fol.188.pag.2.cum fol.sequen.

Plures alias limitationes ponunt ad supradictam regulam & le- ges Regni Doctores in varijs locis, quas congerit Franc.Balb.in d. quæst.xiij.& xiiij.Gome.in d.prin.Instit.de actio.nu.68.Feli.in d. c.fi.nu.5.notabiliter Rodericus Xuarez in l.post rem iudicatam fo. 144.in iij.col.in vj.limit.ff.de re iudica. Vnum tamen non est prę termittendum circa supradictam regulam, & in casu dictarum legũ, quod si prescriptio interrumpatur per litis contestationẽ, actio quę erat decennalis perpetuabitur in quadraginta annos: ita notabiliter concludit Ioan.de Imol.in l.seruum.in.§.sequitur.ff.de verbo. obli. Ang.de Perus.in l.sicuti.C.de presc. xxx.vel xl. anno. quos sequi- tur Ias.in.§.pœnalis.nu.113.Instit.de actio.& in l.actione.§. si is qui temporali.nu.3.ff.de iureiu.& in l.ex hoc edicto.num.3.ff.de eo per quem factum erit, & ita expresse determinat Rodericus Xuarez in d.l.post rem iudicatam.fol.117.col.j.nu.4.per glo.quam dicit.singu. in l.fi.in verbo, finiendæ.C.de dolo.quæ gloss.dicit, qp generaliter omnis actio perpetuatur per litis contestationem, nisi due quas ibi gl. excipit: quam gloss.vltra Rodericum Xuarez sequitur Pirrhus En- glebermęus, vbi excipit quatuor actiones, & notabiliter tractat mate riam, in l.non solet.ff.de reg.iur.& sic supra dicta glo.generaliter in- telligitur qp l.fi. super parte extendimus.C.de præscri.xxx. vel xl. anno.habeat locum tam in actione reali, quam in alijs quæ minore tempore durant, quod perpetuabuntur in xl.annos per litis contesta tionem. Quod tamen intelligo habere locum inter creditorem & debitorem, non tamen extenditur ad personam fideiussoris: quia in- terruptio facta per citationem, vel litis contestationem cum reo prin cipali, non interrumpit, nec perpetuat quo ad fideiussorem: ista est gl. notabilis secundum Barto.ibi nu.5.in l.cum quis.§.siquis pro reo, in verbo, annus.ff.de solut.ita tenet idem Bar.etiam per illam glos.in l. si fideiussor.in.§.fi.ff.mandati.& illam glo.sequitur Alex.in l.mora rei.ff.de verbo.oblig.

REGVLA VII.

Actio pœnalis non tollit rei persequutoriam, nec ecõtra.tex. est in l.ancillæ.C.de furt.& in l.si pro fure.in §.i.ff.de condi. fur.& in l.si pigno.in.§ cum furti.ff.de furt.

1 Fallit primo, in pœna conuentionali.l. rescriptum.§. si pacto.ff. de pactis.

2 Secundo fallit, quando pœna esset extraordinaria. l.iiij. alias ter tia §.fi.ff.nautæ caupo.& stabu.

3 Tertio fallit, quando actio non esset pœnalis a sua origine: sed ex- post facto efficeretur pœnalis propter contumaciã rei, vt in actione,

quod

quod metus causa: nam si reus constituat rem, non condemnabitur ad quadruplum. l. si cum exceptione. §. si quis. & §. hęc autem actio. ff. de eo quod met. cau.

4 Quarto fallit, quando intentaretur contra diuersas personas. l. manifestissimi. §. tales. C. de furt.

5 Quinto fallit, quando resultaret contrarietas l. j. & ibi Doctor. C. de furt.

6 Sexto fallit, quando in pœna inesset persecutio. l. hoc edicto. ff. de publica. & vectiga.

REGVLA VIII.

ACTIO personalis non datur contra singularem rei successorẽ, vt in l. j. in §. si hæres. ff. ad Treb. & in l. fi. §. fi. ff. de contrah. empti. & in l. non aduersus C. si cert. pet.

Hanc Regulam limitat Socin. in regula 276. quem refert, licet corrupte, vbi ponit alias duas limitationes Paul. Paris. in consi. xxxij. nu. 117. in j. volu. Octo limitationes, vbi notabiliter tractat materiam, ponit Fran. de Ripa in d. §. si hæres. a nu. 2. vsque ad nu. 18.

REGVLA IX.

ACTIO pignoratitia directa non nascitur nisi prius soluto debito, vt in l. si rem. la j. in §. omnis. ff. de pig. actio.

Hanc Regulam limita quatuor modis, vt per Ant. Negusan. de Fano, in tract. de pig. in 2. membro septimæ part. prin. nu. 8.

REGVLA X.

ACTIO pignoratitia directa, soluto debito creditori, competit debitori ad repetendum pignus.

Hanc regulam probat tex. in l. si rẽ §. omnis. & in l. solutum. in. §. si in sortem. & in. §. solutam. & in l. debitor in. §. soluta. ff. de pig. act.

Hanc Regulam ampliat xv. modis, & limitat viij. modis Ant. Negusan. de Fano, in tract. de pignor. in 2. membro 7. par. prin. nume. 9. vsque ad finem.

REGVLA XI.

ACTIO ex pacto nudo non oritur. l. iuris gentium §. sed cum nulla. & §. quinimo &. §. Marcellus. ff. de pact. & l. legem. C. eod. titu. tex. cum glo. in §. in personam. instit. de actio. glo. in l. petens. C. de pactis. & in l. lecta. ff. si cert. peta. & in l. si vnus. in. §. pactus. ff. de pac. Circa quam Regulam vltra Socin. in regula ix. qui eam ampliat duobus modis, & limitat quatuordecim, vide Iaso. qui ponit supradictam regulam cum duabus ampliationibus, & decem & sex limitati

mitationibus, in d.§. sed cum nulla. a nu. 4. vsque ad nu. 27. eandē Regulam ponit idem Ias. in l. lecta. nu. 12. ff. si cert. pet. Fran. Purpur. in d. l. legem. nu. 48. cum seq. Feli. in c. j. nu. 3. de pact.

Amplia hanc Regulam quindecim modis, & limita lxvij. modis notab. per Andræam ab Exeo in libro pactorum, in 3. part. rubricę: a nu. 273. vsque ad finem. Sed hęc regula hodie de iure nostro regio locum non habet, vt probat tex. in l. iij. titulo viij. lib. iij. ordina. quę lex corrigit omnes leges probantes hanc regulæ opinionem: & concordat cum tex. in c. j. de pact.

REGVLA XII.

ACTIO non datur soluto matrimonio hæredi mariti, ex pacto facto per mulierem in contractu dotis, q̄ satisfaciat creditoribus habentibus hypothecata prędia data in dotem. Hanc regulam probat tex. & ibi Docto. in l. ex conuentione. C. de pact.

2 Amplia tur primo, etiam si prędia dotalia ab hęrede mariti possideantur soluto matrimonio: Ita Bal. in l. si cum tibi. C. qui potior. in pigno. habea. Phil. Dec. in l. dotis. C. de collat. Soc. in consi. lxxviij. in iij. volum.

2 Secundo amplia, etiam si iuramentum in pacto interueniisset: quia & si maius robur adiiciat, vt equidem stipulatio facit, tamen intelligitur secundum naturam actus: vt in l. fi. C. de non nume. pecu. Ita tenet Alex. in l. ij. in. §. voluntatem, in pen. col. ff. sol. matri. Deci. in cōsil. clxxx. nume. 3. & 4.

3 Tertio amplia, secundum Paul. de Ca. in d. l. ex cōuentione, quod non solum procedat, quando matrimonium est solutum morte mariti, verum etiam si sit solutum per diuortium. Pro quo facit: nam etiam isto casu militat ratio cessantis interesse, ergo militat legis dispositio, vt in l. illud cum vulg. ff. ad leg. Aquil.

4 Quarto ampliatur, supradicta regula, quę loquitur de pacto, vt habeat locum etiam si stipulatio interueniisset: vt expresse dicit tex. in d. l. ex conuentione.

5 Quinto ampliatur, vt hæres agens ex tali pacto repellatur, non tātum ex ceptione quod sua non interfit, sed tanquam agens de facto & sine actione, ita vt a iudice repe i debeat, etiam muliere quæ conuenitur non opponente: iuxta glo. in l. vbi pactum. C. de transa. quia cum tex. in d. l. ex conuentione. dicat actionem competere non posse, denotat quod ipso iure hęres actionem non habeat: vt patet ex his quæ dicit ibi Bar. col. pen. bene facit glo. in c. j. in verbo, non potest. de regu. iur. lib. vj. text. & quod ibi notat Iaso. in l. j. in princ. ff. de verbo. obliga.

1 Limita primo supradictam regulam, vt licet hęres non possit agere post matrimonium solutum ad obseruātiam pacti pro futuro tem-
2 pore, potest tamen agere pro prętcrito si quid est solutum: vt tenet gloss. in d. l. ex conuentione, in fine: in verbo, non potest. cum qua

transeunt,

transeunt Doctores communiter ibi.

2 Secundo limita, quando dos vel pars eius ex dispositione legis, & statuti, vel pacti, deberet remanere penes hæredes mariti, etiam præmorientis: quia tum certum est semper, quod interest mariti & hæredum quod soluatur creditoribus. Et quando valeat tale pactum, vel statutum colligitur ex l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dotal, et ex dictis per Bal. Nouel. tract. de dote, in 7. parte. priuil. xxj.

Tertio limita, quando mulier adulterium viuente marito, vel eo mortuo stuprum viduitatis tempore commisisset: quia interest hæredi solui creditoribus habentibus hipotecam in fundo: & ita videtur cessare ratio d. l. ex conuentione, ex quo heres potest dotem retinere propter adulterium quod maritus viuens ignorauit, vel mortinere propter adulterium quod maritus viuens ignorauit, vel mortinere propter adulterium quod maritus viuens ignorauit, vel mort

& quia minor est iniuria quæ fit defuncto, quam illa quæ fit viuenti: vt notat Bart. in d. l. fideicõmissum. item pro hac opin. Alexand. facit: nam vidua luxuriose viuens patitur easdem pœnas, quas mulier secundo nubens infra annum luctus de iure Ciuili, vt in. §. fin. in Auth. de restitut. collat. iiij. & ita tenet d. glo. in Auth. sacramentum. in verbo, contractis. quam sequitur Dec. in l. j. colum. ij. C. de secun. nup. Hyppoli. in singu. cccccclxxxviij. quæ pœnæ enumerantur in d. l. j. C. de secun. nupt. sed inter illas non annumeratur amissio dotis: ergo dicendum est dotem amissam non esse. & hoc modo arguendi vtitur iurisc. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. mulier enim infra annum luctus secundo nubens solum amittit ea, quæ habuit a marito titulo lucratiuo: sed dotem a marito non habet, ergo &c. pro qua opinione est text. expressus in d. l. iiij. titu. iiij. lib. v. ordina. quæ sic debet intelligi, licet allegetur a Cisuentes pro opinio. Paul. de Cast. vbi probat lex illa, quod mulier quæ commisit stuprũ post mortem viri, tantummodo debet amittere acquisita constante matrimonio, quæ aplicantur hæredibus mariti: sed lex illa de dote nihil dicit, & cum si pœnalis potius est restringenda quã amplianda, vt tantummodo loquatur in casu, in quo loquitur: & hæc opin. Alex. videtur mihi magis vera & æqua per supra dicta. Bene tamen verum est, quod And. Alcia. in tracta. prẽsum. in ij. regula prẽsump. ix. nu. 5. ponit concordiam inter has duas opiniones, scilicet, si mulier commisit stuprum infra annum luctus, tunc procedat opinio Paul. de Castr. alias post annum opinio. Alexand. quam opinionem sequitur Egregius D. Didacus de Couarruu. in sua Epitome quarti libri Decretal. in ij. par. c. vij. §. vj. nu. 10. eandem cõcordiã inter easdem opiniones posuit Ioann. Garronis in Auth. eisdem pœnis. nu. 18. C. de secund. nup. Quæ concordia non videtur necessaria, cum vt supra dixi, opinio Alex. sit magis vera, nisi tantummodo ad limitationem d. l. iiij. s. an mulier quæ commisit stuprum post annum luctus, d. l. iiij. in ea locum habeat.

REGVLA XIII.

ACTIO ex delicto pœnalis non transit in hæredem: Ita probat text. in l. pupillum. §. in hæredem. ff. de reg. iur. & in l. j. ff. de priua. delict. & in l. j. C. ne ex delict. defunc.

1 Limita primo, vt isti hæredes teneantur quatenus locupletiores facti sunt, vel in quantum ad eos peruenit. d. l. vnica: quia iniquissimũ est, ex delicto alterius alterum locupletari: facit etiam text. in l. si ipsa res. ff. quod met. cau.

2 Secundo fallit, quando a lege pœna imponitur: tunc enim transit in hæredem. l. iij. §. quod autem. ff. quod quis. iur. in primo intellectu glossæ magnæ.

3 Tertio fallit, vbi pro pœna delinquentis causatur exceptio: tunc transit ad hæredem etiam lite non contestata, d. §. quod autem ex

altero

altero intellectu glossæ: & ita tenet Zuarez in alleg. xxvj. in secundo dubio, in fine, vbi ponit exemplum.

4 Quarto fallit in quasi delictis, in id quod peruenit ad hæredem: quia quamuis pœna iudicis, qui litem suam fecit, non transeat in hæredem, transit in id quod peruenit. l. in hęredem. ff. de calumnia. l. seruo. §. cum prætor. ff. ad Trebellian.

5 Quinto fallit, quando actio pœnalis descendit ex contractu, & cõmissum est delictum extra contractum: vt in l. fi. ff. de nau. fœno. vbi hęres debitoris pœnæ ob traiectitiam tenetur: aliud est si delictũ circa contractum fieret, vt in l. ex contractibus. ff. de actio. & obligat.

6 Sexto fallit, quandocunque res esset consumpta per hæredem. vt in d. l. si ipsa. ff. quod met. cau.

7 Septimo fallit, etiam lite non contestata, sed vbi processum est cõtra contumacem ex primo decreto quod habet vim litis contestationis, vt faciat actionem transitoriam: arg. text. in l. vt perfectius. C. de anna. excep. & in l. si eum. in §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & in l. j. ff. ex quib. cau. maio. glo. sing. in. §. pœnales. Insti. de perpe. & tẽp. actio. vbi dicit solam libelli oblationem absque litis contestatione facere transmissionem actionis pœnalis. nec obstat text. in l. j. ff. de requi. reis. quia ibi loquitur in delictis publicis.

8 Fallit, in Prælato, cuius prædecessor deliquit, non suo nomine priuato, sed Prælati vel dignitatis: vt in c. cum delictis. & ibi Inno. de ordi. cogni. & in c. j. & ibi Doct. de solut. Bald. in d. l. j. C. ne ex delict. defunc. Anto. de Butr. in c. j. §. quibus. de priuil. Ioan. And. in c. j. vt lite non contest. cum simil.

9 Nono fallit in condictione furtiua, quæ ex variis figuris causarum oritur: nã datur in id qđ non peruenit. l. si pro fure. ff. de condict furt. & ibi glo. quæ reprobantur per Bart. in d. l. j. ff. de priuat. delic. nu. 2. dicentem illic esse speciale propter frequentiam delicti. sicut in simili dicitur in adulterio, vt in l. transigere. C. de transact.

10 Decimo fallit, in casu l. Caius. ff. ad Syllan. vbi secundum Bart. in d. l. j. ff. de priuat. delict. fuit ibi inflicta pœna ipso iure, ob non vindicatam mortem defuncti: quod apparet, quia possessor illic conuenitur petitione hæreditatis a fisco: vt in l. j. C. de his quib. vt indig. & in l. in cognitione. ff. ad Syll. & sic agitur illic non ad pœnam imponendam, sed ad impositam ipso iure exigendam: vt in l. commissa. ff. de publi. & vectig. & in d. §. quod autem.

11 Vndecimo fallit, in hæredibus vsurarii, qui non solum de iure canonico, vt in c. tua nos. & in c. Michael. de vsur. verum etiam de iure ciuili, ex communi omnium sententia, tenentur restituere in solidum: quia de iure ciuili non repetuntur per actionem ex delicto, sed per condictionem indebiti, vel sine causa: Ita tenet Inn. in d. c. Michael. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de confess. §. postremo. ver. sed nunquid confessus. Feder. de Senis in consi. xj. Bald. in d. l. j. C. ne ex delict. defun. & ibi Sali. nu. 8. idem in Auth. ad hæc. C. de vsur. Bar. in d. l. j. nu. 8. ff. de priua. delic. Anan. in c. tua nos. de vsur.

Duodecimo

12 Duodecimo fallit, de iure canonico. vt in c. parrochiano. de sepult. & in c. j. in fi. ibi, omnia plene emendent rectores. et in c. in literis. de raptorib. & in c. episcop. vj. q. vj. Quod tamen est verum si lis fuerit contestata cum defuncto, vel quatenus ab hæredes peruenit. ex quo Abb. in d. c. parrochiano. de sepult. tenuit, ꝙ vbi testator decessit sine confessione, hæredes eius non tenentur nisi prout de iure ciuili statutum est allegat pro sua opinione glo. in c. a nobis el ij. in fina. verbis, in versic. hæredes quoque de senten. excomm. hoc etiam voluit Inn. in d. c. parrochiano. Sed in hoc contra Abba. est communis opinio Canonistarum & Legistarum, imo ꝙ indistincte de iure Canonico hęredes teneantur ad satisfaciendum pro delicto defuncti, dato quod lis cum eo non fuerit contestata, nec aliquid ad hęredes peruenisset. & hanc opinionem tenet Bart. inter Legistas. in l. j. ff. de priuatione delict. hanc conclusionem indistincte tenet glo. fin. in c. fin. de sepul. & in c. in literis. de raptor. in gl. hæredes. & gl. intrepide hoc affirmat in c. episcopus qui filios. in glo. hęredes. in fin. xij. q. 2. & est casus ad literam in d. c. si episcopum. ibi, ab hærede eius quæ iniuste ab illo ablata sunt, sine excusatione reddantur. & ibi glo. fin. affirmat dictam opinionem. idem tenet glo. in summa 24. qō. 2. & in c. ecclesia. §. item peccato in glo. conquisita. j. quęst. 4. & ibi Arch. hoc tenet, dicens omnes doctores suos hoc tenuisse. hoc etiam tenet Fede. de Sen. in consi. xxj. Anton. de But. in c. quod clericis. de foro compe. hanc opinionem sequitur Ias. in l. si eum. in §. qui iniuriarum nu. 5. ff. si quis caution. Rodericus Xuarez in allega. 26. in 2. dubio. Pro qua opinione facit tex. in d. §. item peccato. el. 2. j. q. 4. vbi dicit tex. quod neminem excusat ignorantia criminis. maxime quando ex eo vtilitas defertur ignoranti, veluti si quispiam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat eum ignorantia quin post mortem patris teneatur restituere male acquisita: & cū hæc opinio sit in fauorem animæ & conscientiæ, absque dubio tenenda est, vt in l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. notant Doct. in c. in nostra. de testi. & in c. fi. de re iud. tex. & ibi Doct. in c. fin. de præs. Manet igitur vera conclusio, ꝙ de iure Canonico hæredes tenentur ex delicto defuncti, dato quod lis non esset contestata cum defuncto, nec aliquid ad eos peruenisset, non seruata distinctione Abb. Et ratio huius limitationis est, vt anima defuncti a peccato valeat liberari; vt dicit text. in d. c. in literrs. in fin. ibi, condigne satisfaciant, vt sic a peccato valeat liberari. & sic solum in hoc attenditur vt anima defuncti a peccato liberetur, secundum Ancha. in consi. xlij. incipien. & prima facie. quam limitationem intelligo veram quoad interesse, damnum passo, non quo ad pœnam: ita tenet Flor. in l. inde Neratius. ff. ad legē Aquil. & sic vsque ad vires hæreditarias, & non vltra, secundum Bartol. in l. furti. C. de furt. facto inuentario, vel non facto, per text. in c. quanquam de vsur. l. j. vj. quia omnia bona defuncti sunt obligata pro satisfactione. d. c. parrochiano, cum aliis. hanc opinionem sequitur Bertach. in tracta. de Gabel.

bel. in 4. parte prin. nu. 31. Philip. Probus in addit. ad Ioann. Mona. in d. c. quanquam. nu. 15. Ex qua limitatione notabiliter infertur vnum satis quotidianum, quod si pater qui ex vsuraria prauitate multa acquisiuit, assignauit dotem filiæ suæ de bonis suis, cum bona ista transeant cum onere suo, vt in c. pastoralis. de deci. quod legitur & notatur in l. si tamen, & in l. si me & Titium. ff. si cert. peta. poterunt hi a quibus fuerunt extorta, a filia per hypothecariam auocare, secundum Bald. in l. penul. C. de ser. pign. dato, manu. quam opinionem tenet notab. Pala. Ruui. in repet. rubr. de dona. §. lxv. num. 23.

REGVLA XIIII.

ACTIONES contrariæ, quę electione tolluntur, nec in eodem, nec in diuersis libellis admittuntur. Probatur hęc regula in l. j. & ibi glo. C. de fur. & in l. quod in hęredem. §. eligere. ff. de tributa. in l. cum filiis. §. variis. ff. de leg. ij. & in c. sollicitudinem. el j. de appel. & in c. j. de postula. prelato. lib. vj. & in c. gesta. lxxiiij. dist. & in c. quemadmodum xxiij. q. vij. cum aliis simi. adductis per glo. in d. l. j.

Limita hanc regulam vndecim modis, vt per Marian. Socy, in c. dilecti. nu. 35. vsque ad nu. 45. de libel. oblat.

REGVLA XV.

ACTIO personalis ex testamento, regulariter competit pro legatis, etiam de iure digestorum. Hanc regulam probat text. in l. si res. ff. de lega. iij. & in l. si tibi homo. in prin. ff. de lega. j. cum aliis. Quæ actio personalis causatur ab additione hęreditatis, per quã quasi contrahitur cum legatariis & creditoribus. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cau. in posse. eatur. & §. hæres. institut. de obli. quæ ex quasi contract. gl. in l. vnica in. §. cum igitur. C. de cadu. toll. in verbo cedere.

1 Amplia primo, vt procedat ĉt pro legatis relictis in codicillis: nã si fiunt codicilli condito testamento, competit actio ex testamento directa: Ita tene. Sal. in l. ij. in fi. post glo. ibi. C. commu. delega. Ias. in l. fi. col. fi. C. de codi. pro quo videtur tex. in l. libertates directę. ff. de manumis. testa. vbi libertas directa dari non potest in codicillis testamento confirmatis, licet secus ab intestato: quod est verum, licet aliter teneat Niger in l. j. si autem codicilli fiunt sine testamento, pro legatis relictis in eis competit actio vtilis ex testamento. non directa gl. fina. & ibi Bartol. in l. j. ff. de testa. & in l. ij. in verbo, personalis. C. com. de lega.

2 Secundo amplia, vt procedat in legatis quæ conseruantur per tex. in Auth. ex causa. C. de libe. præte. Ita tenet Ias. in l. j. nu. 101. & ibi Franc. de Rip. nu. 41. ff. de leg. j. per tex. in l. j. ff. de hære. insti: Nec ad hoc obstat fundamentum Ioannis Ignei relatum per Nigrum

in

in d.l. j. post nu. 50. quod tunc debeat competere condictio ex lege, non actio ex testamento irritato: quia respondeo quod respectu legatorum non censetur irritatum, imo respectu legatorum perinde est ac si hæres legitimus scriptus esset in testamento, vt in d. l. fin. in fi.ff.de hæred.insti.

3 Tertio ampliatur, vt procedat etiam in legatis quæ conseruantur de iure speciali coniunctis personis, iuxta titulum. ff.de legat.præst. Ita tenent Bald. & Ang.in l. j.in fi.C.de bon.poss. contra tab. Ias. in d.l.j.nu.5, C. com. de lega. Et licet contrarium teneat idem Ias.in l. j.nu.102.ff.de lega.j.quem sequitur ibi Nig.in nu. 52. colũ. 29.versi.3.procedit,& in col.32.in fi.per dictum Bart. in l. in testamen.in vlt.q.ff. de condit. & demon. vbi quando conditio habetur pro impleta de iure speciali fauore libertatis,iuxta text.in l.si peculium.§.is cui seruus.ff.de statulibe. nõ competit actio ex trstamento, sed actio in factum,vel officium iudicis:tamẽ argumentum Ias.cõtra Bald.& Ange.non ob.quia arguit ex diuersis habentibus rationem diuersam & separatam: nam quando conditio habetur pro impleta de iure speciali quod tunc legatum conseruetur, illud est contra verba & mentem testatoris,nimirum si non competit actio ex testamento: secus in legatis quę conseruantur per titulum de legatis præstandis, & sic illa conseruatio fit secundum voluntatem ipsius testatoris qui voluit legata præstare; hinc videmus q̃ vbi habetur conditio pro impleta de iure communi, quia stat per hęredem quo minus impleatur,tunc actio competit ex testamento:quia habetur pro impleta,secundum voluntatem testatoris:ita tenet Bart,in l. in testamento. in vlt.q.quem sequitur Ias.in d.l.j.nu.107.ff.de leg.j.

1 Limita primo, vt non procedat quando conseruantur legata per titulum,si quis omissa causa testamenti, & hærede repudiante ex testamento in fraudem legatariorum, & adeunte ab intestato: nam cessat actio ex testamento,& competit actio in factum prætoria: Ita Bar.in l.si pecuniam.ff.si quis omis. cau. testa. per illum text. quem sequitur Ias.in d.l.j.num.108. & in l. si hæredis seruus. in ij. notab. ff.de legat.j.

2 Secundo limita, & intellige hanc Regu.vt hodie competat, via executiua pro legato relicto in testamento: Ista est gloss. notab.quã ibi sequitur Ange.nu.57 in Authen.de hæred. & falci. in §.illud.in verbo decreto.colla.j.quam opin.sequitur Ale. in l. fi. nu.3. & ibi Ias.nu.6. C.de edict.diui Adria. tollẽ. idem Iason in l. pactum inter hęredem.nu.7.ff.de pact. Segura in l.si ex legati cau.num. 66.ff.de verb.oblig.& hanc opinionem tenet etiam Rodericus Zuarez.in l. post rem iudicatam.fol.121.colum.ij.in fi.vers.6.casus.nu.1. cum seq. ff.de re iud,licet Alex. sibimet contrarius teneat contrariam opinionem in l. si cum dotem,in.§.eo autem tempore.nu.6.ff.solu. matr.& in l.ait prętor.in.§.j.nu.5.ff.de re iudic,quem sequitur Phi. Deci. in d.l.fi.nu. 16.C.de edict.diui Adria.tollen.

Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Ias.in d.l.j.nu.4.C.cõ

munia.

munia.de lega.& in d.l.j.nu.110.ff.de lega.j.& ibi Francis.de Rip. nu.47.cum seq.Niger nu.47. quas referre non laboro cum facile inueniri possint. Effectus autem vtrum actio competat ex testamẽto vel in factum, ponit Ias.in locis supra allegatis.

REGVLA XVI.

ACTIO ex pacto nudo in ligis,& treugis bene oritur:& ideo omnis pœna in tali pacto apposita est efficax ad agendum, cum sit inducta ad non delinquendum, vt in l.non impossibile.ff.de pact.& quia pacta publice non eget fomento verborum, vt in l. conuentionum.ff.de pact. Ita tenet Bal.in c.j.nu.11.de pact.quem sequitur Ias. in l.iuris gentium.in.§.sed cum nulla.nu.23.ff. de pact.& in l.lecta. nu.12.ff.licet.peta facit tex.in c.noli existimare xxiij.q.ij.& in l. fidem rumpens. C. de infam.

1 Amplia primo,vt etiam talia pacta per successorem reuocari non possint: Ita tenet Alber. in l. conuentionum.ff.de pact.& in l.digna vox.C.de legib.

2 Amplia secundo, vt etiam Papa possit compellere principes ad seruandam pacem inter eos contractam, vt in cap.nouit de iudi. Ita concludit Marti.Laud.in tract. de confœderatione princ.notab.29. incipien.Papa potest.

3 Tertio amplia, vt non solum procedat in pactis pacis, sed etiam in pactis treugæ: Ita notabiliter tenet Corne. post alios doct.per eũ allegatos. in j.parte consi.clxxv.incip.presens consultatio. Dec.in consi.531.inci.accurate diligenter.

4 Quarto amplia.si durante tempore treugę aduersarius frangeret mihi fidem: quia tibi propter hoc non debeo frangere. Ita tenet Anto.de But.in c.peruenit.el ij.de iureiu.nu.4.Mart. Lauden. in tract. de confœd.princ.notab.xvj.incip.in treugis.

1 Limita primo, vt non procedat, quando alter ex contrahentibus efficeretur bannitus,quia tunc non esset sibi seruanda fides: Ita tenet Paris de Puteo in trac.de re mili.li.9.c.19.& hoc intelligo quando efficeretur bannitus post datam fidem:secus si tempore pacti erat iam bannitus: Ita tenet Albe.in d.l.conuentionum.ff.de pactis. vbi se remittit ad ea quæ dixit in l.presenti. C. de his qui ad eccles. confug.

2 Secundo limita, vt non procedat quando fides rumperetur ex noua causa. Ita tenent Bar.& Angel.per tex.ibi in l.aut facta.in §.causas.ff.de pœn.cum simil.quos sequitur Cor.in j. volu. consi.clj. & 4. volu.consi.ccxlviij.

3 Tertio limita, vt non procedat quando pactum esset resolutiuum pacis vel treugę: & ideo vt si in contractu pacis apponatur pactum, ꝙ liceat alteri fœdera pacis rumpere, tale pactum non valet: Ita tenet Bal.in Aut.sacramenta puberum.num.2.C.si aduer.vend. quem sequitur Corset.in d.tract.de priui.pacis.priuile.xcvij

4 Quarto

4 Quarto limita, vt non procedat in fide data hosti per priuatũ, quia illa non est seruanda: secus in fide data per Capitaneos & Duces belli: Ita tenet Corn. in d. cõs. 175. pro quo facit id quod tenet Mart. Laud. in tract. de confœde. prin. notab. 49. vbi dicit, ꝙ hosti publica fides seruanda est, licet priuata fides seruata non sit. allegat Bald. in l. paciſci. ff. de pact. 3 4

REGVLA XVII.

Actione pœnali sublata durat hypotecharia. Hanc regulam ponit text. in l. intelligere. C. de luitio. pigno.

1 Ampliatur primo, vt etiam procedat in prescriptione: quia sublata personali per prescriptionem triginta annorum, iuxta l. sicut C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. hypotecharia quæ aliquando durat longiori tempore, durabit adhuc donec durat eius vita: iste est text. & ibi glo. in iij. exemplo, quam ibi sequuntur Bal. & Salic. in d. l. intelligere. Pau. de Ca. in l. eos q ui. nu. 2. C. de vsur.

2 Secundo amplia, vt procedat si personalis esset sublata confusione, s. si creditor successisset debitori, & esset grauatus per fideicommissum de restitnenda hæreditate alteri: quo casu actio personalis esset confusa per additionem, vt in l. debitori. C. de pact. tamen tunc hypotecaria remanet, vt in l. debitor. ff. ad Trebellia. & notat Ale. in d. l. debitori. & est tex. & ibi glo. in l. ex sextante. §. latinus. ff. de excep. rei iudi. gl. & Bal. & Sali. in d. l. intelligere. 1

3 Tertio amplia, vt procedat etiam sublata oblatione fideiussoria: quia durat etiam hypotecharia, vt fideiussor qui pro me interceſsit, & dedit etiam pignora meo creditori, instituit me hæredem: nam dũ ego succedo meo fideiussori, extinguitur dicta obligatio fideiussoria, ita quod creditor meus non poterit me hæredem fideiussoris mei conuenire obligatione fideiussoria, cum illa sit sublata per confusionem, sed obligatio hypotecharia qua res data est pignori a meo fieiussore adhuc durat, & creditor poterit agere contra me hypotecharia ad dictam rem, vt est text. in l. cum quis. §. fin. & ibi hoc declarat Bart. ff. de solut. Ratio est, quia obligatio fideiussoria, nec a principio, nec ex post facto stare non potest sine principali, ita notatur in l. si hæres pecuniam. ff. ad Trebell. sed hypotecaria potest stare sine principali ex post facto, licet a principio, vt in d. l. non intelligere. C. de luitio. pig. & ita tenet Pau. de Ca. in l. fi. C. de fi. instru. 2 3

1 Fallit primo, quando sententia absolutoria lata est in fauorem debitoris contra creditorem, quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria, vt in l. deferente. ij. responso. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solui. 1

2 Secundo fallit, si creditor deferat iuramentum, & debitor iurat se non esse debitorem: quia tunc non solum non tollitur obligatio principalis, sed etiam hypothecaria: vt in d. l. deferente, & in l. soluitur. §. fi. ff. quib. mo. pig. vel hypo. solui.

3 Tertio

3 Tertio fallit, quando principalis actio, seu obligatio tollitur per pactum conuentionem, quia tunc intelligitur etiam sublata hypothecaria vna cum ea. l. soluitur. in prin. &. §. j. ff. qui. mo. pig. vel hypot. sol. & l. cum soluendę. ff. de distr. pign.

4 Quarto fallit si debitum solutū fuit creditori, vel etiam creditori creditoris, vel alio modo satisfactū de voluntate creditoris, vel si ad tempus fuit obligatum certum pignus, vel sub aliqua conditione quę postea non fuit verificata, nec euenit: istis enim casibus sicut tollitur obligatio principalis, ita hypothecaria: Vt est tex. iuncta glo. in l. itē liberatur, in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. habetur per glo. & Sali. in d. l. intelligere.

REGVLA XVIII.

ACTIO extinguitur si creditor succedat debitori. Ita ꝓbat tex. in l. debitori, & ibi gl. allegat concordantes. C. de pact. & in l. Mutianę, in fi. ff. de condit. & demonst. Ratio huius regulę secundum Bar. in d. l. debitori, in ij. opposi. sumitur a contrarietate: quia in eadem persona actiua, & passiua, obligatio esse non potest: ꝙ clarius explicat in l. si vxor. C. de bo. autho. iudi. possid.

2 Amplia primo non solum habere etiam in hærede, verum etiam in fideicommissario vniuersali: Ita Bal. in d. l. debitori. nu. 4. Et facit nam fideicommissarius talis ad actiones passiuas tenetur, l. j. in prin. ff. ad treb. ergo in eo militat ratio supradicta, & sic idem ius, c. translato. de constit.

2 Secundo amplia in Fisco hærede, l. Vranius, ff. de fideiusso.

3 Tertio amplia, vt nedum actio, sed & obligatio, non tantum ciuilis, sed & naturalis extinguatur aditione hæreditatis: Ita concludūt Doct. in d. l. debitori, & probatur in l. debitor. ff. ad Trebellia. quia cum ibi sit speciale, ergo in contrarium est ius commune, l. ius singulare. ff. de legib.

4 Quarto ampliatur, vt ne dum ope exceptionis, sed etiam ipso iure sit actio extincta: Ita Bar. in d. l. debitori, ver. ad primum, quod est propter ea quę habētur in l. eum qui ita, in §. qui ita. ff. de ver. oblig.

5 Quinto ampliatur, vt econtra procedat, si debitor succedit creditori: Ita tenet gl. in d. l. debitori, probatur etiam in l. Stichum. §. aditio. ff. de solutio. facit, quia creditor & debitor sunt correlatiua: ergo dispositum in vno, in alio dispositum videtur, vt in l. fi. de acceptila. & ita tenet Bal. in Rub. C. de reb. credi.

2 Limita primo, non procedere quando creditor fuit hęres pro parte: quia tunc pro ea parte tantum confunditur actio, vt in l. licet. C. ad l. fal. & in l. si ab eo. C. de nego. gest. facit, quia hęres non tenetur seruare factum defuncti, nisi pro ea parte pro qua est hęres, l. cum a matre, C. de rei vendica. Ratio horum est, quia licet hęres & defunctus dicantur vna & eadem persona, vt in Auth. de iureiuran. a morien, prę. §. j. coll. v, istud est verum pro ea parte pro qua est,

hæres, & non vltra: vt est gl. fi. in l. 2. C. de heredi. actio.

2 Secundo fallit quando hæres fecisset inuentarium. glo. 2. in d. l. de bitori. quã Bal. ibi sequitur. nu. 2. & in alijs locis adductis per Alex, ibi, col. 3. vult enim gl. illa, quod facto inuentario per creditorem. hæredem debitoris effectum, durat actio, et non confunditur: et illam gl. sequitur Paul. de. Castr. ibi, col. 1. mouetur gloss. per tex. in l. fin. §. & ipse. C. de iure deli. & ita gl. intelligit ibi Bart. quãuis cũ ea nõ teneat.

3 Tertio fallit, quando essemus in actione reali, quæ non confunditur: Ita Bald. vbi adducit rationem prædictæ limitationis, in d. l. fi xvor. quem sequuntur Alex. & Soci. in d. l. debitori. nu. 3.

4 Quarto prædicta Regula habet locum in creditore succedente effectualiter, qui addit: Ita probat text. cum concord. in d. l. debitori. quę additionem considerant, et actiones tunc competentes extinguuntur: secus in eis quę postea nascuntur, & si ex causa hereditaria, quia qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi. l. indelictis. §. extraneus. ff. de noxal. & ita declarat Aret. in consi. 148.

REGVLA XIX.

ACTIO oritur ex pacto nudo donationis. l. si quis argentum. §. sin autem. C. de dona. Fortu. Garcia latissime in l. legitima nu. 6. ff. de pact. Soc. in cõs. 53. vol. 4. col. 3. incip. viso instrumento.

2 Amplia primo, vt procedat in donatione remuneratoria: Ita Ioan. de Imo. & Rom. in l. in hædibus. §. j. ff. de don. & in l. iuris gentiũ §. quinimo nu. 19. ff. de pact. vbi post alios per eũ allegatos tenet contrariũ. mouetur, quia tex. in d. l. si quis argẽtũ. est correctorius, & ideo strictę interpretandus. Sed opin. Imo. & Rom. videtur mihi verior: namille qui habet rem ex donatione propter benemerita, non dicitur illã habere ex titulo lucratiuo, sed potius ex oneroso. l. sed si l. §. consuluit. ff. de pet. hær. Ita tenet Panor. in c. cum ecclesia. nu. 4. de Simo. sed absurdum est melioris conditionis esse illum, qui habet rẽ ex titulo lucratiuo, quam qui habet titulum onerosum: iuxta gl. in. §. item si quis. in verbo, in fraudẽ. Instit. de actio. cogita tamen circa hoc: sed verior & tutior videtur mihi opinio Imol. & Rom. quam ante eos tenuit Abb. in l. ambitiosa. in prin. ff. de decre. ab ord. faciend.

2 Secundo amplia, vt procedat in donatione causa mortis, secundum glo. in l. cum pater. in. §. Mæuio, in verbo, donabat. ff. de lega. 2. quæ ab omnibus approbatur, secundum Corn. in consi. ccxxxvij. 1. colũ. versi. donatio causa mortis. volu. iiij. Roma. in sing. cccccxxij. Tiraquel. in legibus connubial. in gl. iij. nu. 75. Iaso. in. §. in personam. nu. 71. instit. de actio.

3 Amplia tertio, in pacto nudo donationis ob causam: Ita Ioan. Faber in. §. aliæ Instit. de action.

4 Amplia quarto, quod non solum procedat in fauorem donatarij, sed etiam in fauorem donatoris: Ita concludit Rip. in l. fi. q. xxx. C. de reuocand. dona.

5 Amplia

5 Amplia quinto, vt procedat in pacto nudo donationis propter nuptias. Ita Cyn. & Bal. in Authen. eo. decursum. C. de donat. ante nup. quos sequitur Ioann. Bapti. Caccialupus in tract. de pac. q. 13.

6 Amplia sexto, ꝙ in tantum procedat, ꝙ etiam donatio hodie est contractus nominatus, secundum gl. in l. in ædibus. in. §. e rebus. ff. de dona. Ita concludit Rip. in d. l. fl. q. xxxv.

7 Septimo amplia, vt nō solū, pcedat, qñ datio vel traditio interueniret in pacto, sed ēt si in illo pacto nudo donationis factū, pmittatur: Ita tenet Ale. in l. iuris gentiū. §. sed cū nulla. ff. de pactis reprobata opinione Bar. qui contrariū tenet in l. si vnus. in. §. pactus ne peteret nu. 12. ff. de pac. de quo vide Fortu. Garciā in c. j. nu. 38. de pac.

8 Octauo amplia, etiam si donatio sit mista cum cōstituto: exemplū potest poni, quando debens centum scienter constitueret ducenta: nā respectu centum prius debitorum erit constitutum, & respectu aliorū centum erit donatio, quæ etiam nudo pacto producit actionem. glos. & Bar. in l. hactenus §. si quis centum. ff. de constit. pecu.

1 Limita primo, vt non procedat in pacto de donando, quia tale pactum non produceret actionem, cum aliud sit donatio, aliud pactū de donando: Ita tenet Salt. in l. ij. ff. de condi. ob cau. Imo. in l. in hædibus. in. §. j. col. j. ff. de dona. Alex. in l. iuris gentium. col. pe. ff. de pac. Galiaula in Rubr. ff. de verb. obl. in 4. q. Aret. in cons. 28. Mathes. in notab. xlvj. Purpura. in l. j. nu. 65. ff. de iurisd. omn. iud. quę limitatio est tenenda, quanuis Fortu. Garcia in l. legitima. in ij. col. & in l. iuris gentium. nu. 31. ff. de pac, tenuerit contrarium.

2 Secundo limita, vt non procedat in pacto nudo donationis prę sumptæ. Ita tenet Bartol. in l. iuris gentium. in. §. quinimo. ff. de pact. Ale. in l. si aliquam rem. vbi Clau. de Seysello. nu. 5. dicit istam esse communem opin. ff. de acquiren. poss. Soci. in cons. 44. circa fi. vol. 4. Iacob. de Nigris videtur etiam tenere hanc opin. in l. j. in iij. fundamēto 4. limitationis ad Regulam, ꝙ dominium rei legatę transit recta via in legatarium. ff. de leg. j. Paul. de monte Pico in repet. l. in quartam. col. xxxj. ff. ad l. Falcid. Quam limitationem declara vt procedat de iure ciuili, non autem de iure canonico: Ita idem Galiaula, licet sub dubio firmat in d. R. ff. de verb. obl. quod audacius ante eum tenuit Corn. in cons. 228. vol. 3. nu. 15.

3 Tertio limita, vt non procedat in casu posito a Matthe. in sing. 27 incip. nota quod si promitto.

REGVLA XX.

ACTOR teneatur ædere reo instrumenta ad exceptionem fundandam. Hanc Regulam ponit Bar. in l. & quia diuo. nu. j. in j. lect. C. de æden. per tex. in l. non est nouum. & in l. iustum eo. titu. quem sequitur Alex. ibi. Hanc regulam dicit esse communem, & latissime eā examinat Franc. Purpur. in d. l. & quia diuo. vbi eam quadrupliciter limitat a nu. 8, vsque ad nu. 16.

REGVLA XXI.

ACTOR tenetur sequi forum rei: Ita probat text. in l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iud. in l. in criminali, eod. tit. in l. fi. vbi in rem actio. de iure Cano. tex. in c. cum sit generale, de foro comp. & in c. si clericus laicum, eo. ti. facit etiam tex. in l. iij. in prin. ff. de alie. iud. mut. cau. facti. ibi. quia si cum eo qui alterius prouincię est experiar, in illius prouincia experiri debeo.

Hanc regulam limitat octo modis Barth. Soc. in reg. x. vndecim modis limitat Maria. Soc. in d. c. cũ sit generale, a nu. 8. vsque ad nu. 18. de iure nostro Regio limitatur hęc reg. 14. modis, vt in l. xxxji. tit. 2. par. 3. & in l. iiij. tit. iij. ea. par. & in fi. Bartho. Soci. ponit mirabilẽ eautelã per quam fere nunquam actor sequeretur forum rei.

Amplia hanc reg. vltra eos duobus modis, vt per Alex. Losęũ in d. l. iuris ordinem, in nu. 8. vbi etiam ponit alias tres limitationes.

Limita etiam quinquaginta & duobus modis, vt per Specu. in tit. de compe. iudi. adit. in. §. generaliter, nu. 1. cum seq.

REGVLA XXII.

ACTORE non probante reus debet absolui: Ita ꝓbat tex. in l. q̃ accusare, C. de eden. De iure Regio. tex. in l. cccix. tit. 2. par. 3. & in l. j. ti. vj. l. ij. fori: etiam si reus nihil p̃stet ꝓbationis vel defensionis.

l. 23. C. de pbat. c. Actor 6. q. 5.

Hanc reg. ampliat 2. modis & limitat quindecim modis Hyppol. de Marsil. in l. de minore, in §. tormenta. ff. de quęstio. vltra quas limitationes, vide alias per Fran. Purpur. in d. l. qui accusare. â num. 8. vsque ad finem, vbi notabiliter declarat materiam huius regulę.

REGVLA XXIII.

ATTESTATIONES testium licet sint inualidę, de consensu tamen partium conualidari possunt. Hanc Regulam ponit Bal. per tex. ibi in l. fi. nu. 1. C. de testi. glo. in c. cum causam quæ inter Archiepiscopum, eo. tit. de testi.

2 Limita primo, nisi testes fuissent recepti ante litem contestatam, et sic in casu non permisso: quia regulariter non possunt recipi testes lite non contestata, vt per totum, vt lite non contestata, nam tunc tales attestationes inualidæ non possunt conualidari de consensu partium: Ita concludit Bal. in l. j. ff. de fœri. & in auth. si quis in aliquo, C. de æden. Ratio est, quia litis contestatio, & similes actus, qui sunt de substantialibus iudicij, non possunt tolli consensu partium: ita notabiliter concludit glo. in c. de causis. de offic. deleg. & sic iste defectus non potest suppleri consensu partium: alias autem secus, scilicet si testes non iurati deposuissent: nam tunc licet eorum dicta sint inualida, possunt tamen conualidari partium consensu: & ita debet intelligi glo. in d. c. cum causa.

Secundo

Secundo limita, in dictis testium qui corrupti depositi essent, nõ possunt conualidari consensu partium: Ita concludit Bar. in Auth. at qui semel, C. de prob. vbi ẽt dicit, q̃ illud quod solemus dicere, q̃ publicatis attestationibus non sunt alij testes recipiendi super eisdem articulis, debet intelligi & limitari, nisi interueniat consensus partium: Ita tenet Abb. in c. fraternitatis. de testi. quod dicit communiter teneri Paul. Pari. in d. c. fraternitatis. nu. 53.

Tertio limita, si attestationes essent nullæ, eo quia receptæ per iudicem incompetentem, non possunt conualidari consensu partiũ: per id quod habetur in toto tit. C. si a non compe. iudi. & in c. at si clerici. de iudi. Quod verum puto, nisi sua iurisdictio possit prorogari consensu partium: per id q̃ habetur in l. ij. ff. de iudi. & in l. si qui ex cõsensu. C. de episco. audien. tractat notabiliter Ias. in l. j. §. & post operis, nu. 11. cum alijs, ff. de noui ope. nuntia.

REGVLA XXIIII.

Actvs & dispositio verificantur in prima vice l. boues, in §. hoc sermone, ff. de verbor. sign. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. dotis, la ij. ff. de iur. do. Hanc regulam limitat quatuor modis Socin. in reg. 13. in posterioribus, duobus modis per D. Bernardum de Luc. in reg. Dcxiiij.

Amplia pluribus modis, & limita septem modis, vt per Feli. in c. innouamus. de treu. & pace, num. 3. cum seq. Alias limitationes ad hanc Regulam vide per Paulum Pari. in consi. 14. nu. 14. in 4. volu. per Carol. Ruin. in consi. lxij. nu. 7. volu. 3. & per Ias. in l. duobus, in §. ei qui nu. 2. & 19. & 20. ff. de iureiur. & in l. diuortio, in §. q̃ in anno. nu. 12. ff. solu. mat.

Addtio, vide And. tiraq. in d §. hoc sermone, vbi ponit xxxiij. limi.

REGVLA XXV.

Actvs intermedius vitiat stipulationem. Hanc Regulam probat tex. in l. continuus. ff. de verb. oblig.

Limita hanc regulam quatuor modis: vt per Rip. in l. stipulatio ista §. qui præsens, nu. 17. ff. de verb. oblig.

REGVLA XXVI.

Actvs nullus executioni mandatur, licet nullus remaneat. Hanc regulam ponit Prępositi. vbi etiam quadrupliciter limitat, in c. dilecto, nu. 85. de appella.

REGVLA XXVII.

Accvsans aliquem tenetur se inscribere ad pœnam talionis. Probatur hęc Regula in l. fi. C. de accusat. & in auth. sed nouo iure

C.de adul.per totum.C.& ff.ad Turpil. & de calum. De iure Canonico probatur in c.j.&ij.2.q.3.& in c.j.ij.&iij.& iiij.v.q.vj.in c. qui crimen.2.q.8. De iure Regio probatur in l.v.& vir.titu.20. li. 4.fori.& in l.xix.& xxvj.tit.j.Par.vij.& in l.92.ſtyli. & ita concludit Iaſ.in l.tranſigere.nu.3.C.de de tranſa.& in conſil.2.nu.11.vo. Iu.j.Alexandrin.conſil.xi.nu.7.vol.j.hanc dicit communem opinionem Matthæus de Afflictis in conſti.Neap.lib.j.rub.xiiij. nu.49.& in eod.lib.rub.xxj. nu. 5. Et dicitur ille calumniator qui falſa crimina ſcienter proponit,vt probat text.in c.ſi quem. in.§.notandum, 2.q.3.& in l.j.in.§.calumniari.ff. ad Turpil. ita concludit Felin. & Ioann.de Imo.in Rubri.de calum.& ibi Docto. Bart.in d.l.j. ff.ad Turpilia.Bernar.de Luco in pract.c.lix. & ſic proprie dicitur quis calumniari,quando ex certa ſcientia iniuſte agit, vel reſiſtit: Ita tenet Iacobus Spiegel in ſuo Lexico iuris.in verbo,calumnia. Alcia. in l.ſi calumnientur.ff.de verbo. ſignific. Et iſta pœna talionis fuit in l.veteri conſtituta.Exod. xxj.c.Deute.xix.& poſtea fuit translata ad ll.duodecim tabularum,vt patet in in tit.xj.de iniuriis.teſte ibi Spiegel.& Ioan.Oldendor.num.4.& ſic conſtat legislatores diligenter legiſſe tabulas Hebræorum: poſtea tamen fuit reuocata pretorij iuris clemẽtia,vt teſtatur Aulus Gellius lib.xix.Noctiũ Atticarum: vbi aſsignat duas rationes,ſcilicet incõmoditatẽ legis,& rependendę pœnæ, id eſt, retaliandę difficultatem: de qua pœna meminit Diuus Auguſtin.in c. pe.xiiij.q.j.ſed de iure Canonico,& Ciuili, vt ſupra patet, fuit introducta.

Quam regulam limita quatuor modis, vt per gloſſ. in l.iij.C.qui accuſar.non poſſ. in verbo, pagina. quas ampliori ſtylo ſequutus eſt Hoſtien.in c.ſuper his de accuſ. Lucas de Penna ponit alias limitationes ad hanc regulam in rub.C.de dela.lib.x.Et melius quam alibi limitat hanc regulam xviij.modis, vbi latiſsime proſequutus eſt hanc materiam,Ioan.Igneus in l.fideicommiſſum.nu. 119. vſque ad num.163.ff.ad Senatuſconſ.Syllani. Eſt tamen notandum quod de conſuetudine prædicta Regula non ſeruatur, & ſic valet conſuetudo per quam pœna talionis eſt ſublata: ita tenet Bart.in l.ſi cui ff.de accuſ.quem ſequuntur Ang.& Salic.in auth.ſed nouo iure. C.de adult. Hyppol.in pract.cri.§.ſequens.nu.21.Lancel.Dec.in l.tranſigere.C. de tranſa.Phil.Deci.eius frater in l.ſi fugitiui.nu.22. C.de ſer.fugitiu. Nicolaus Belon.in conſil.xliij.nu.12.Felin.in c.ſuper his. num.5.de accuſ.Alciat.in lib.viij.parergon.c.8. Ratio eſt, ne propter antiquum rigorem accuſatores retrahantur ab accuſando, & ſic delicta remanerent impunita,contra text.in l.ita vulneratus.§.penul.ff.ad l. Aquil.in c.vt famę.de ſenten.excom.& hanc opinionem firmat eſſe veram Matth.de Affl.in conſti.Neapol.libr.j.rub.lj.nu.1. & in libr. ij.rubr.xiij. nu.5. Quod tamen in teſtibus non habet locum, ſed procedit noſtra Regula:ita probat text.in l.j. in .§.præterea.ff.de ſicar.vbi probatur quod falſus teſtis in cauſa homicidij punituur tanquam homicida, ſi dolo malo deponat: & ita per illum text.tenet

Bald.

Bald.in c.j.in.§.iniuria de pace iur.fir.in Vsi.feu.& in l.ij.C.de reb. credi.Corset.in sing.incl.testis.el.12.Ias.in l.& si ll.nu.5.C.si contra ius vel vtili.publi.& in l.si duo patroni.§.fi.nu.5.ff. de iureiur. in §. item si quis postulante, nu.64.Insti. de actio. Barthol. Chas. in consue.Burgund. rub.j.in tit.{des iustices.}fol.14.col.iij.nu.15. pro quo est gloss.in c.rex debet furta.xxiij.q.v.probatur de iure nostro regio in l.xxvj.tit.xj.par.3. & in l.83.Tauri.

REGVLA XXVIII.

ACCVSATIO facta de crimine, vel inquisitio tanquã cõmissa certo tẽpore vel loco, si probetur de alio tẽpore, vel loco, debet sequi absolutio. Hæc regula probatur in l. denuntiasse. in §. quid tamen ff.de adult.ponitur per Docto.in l. si per alium. in.§.docere. ff. ne quis eũ,qui in ius vocat.est vi exi.Iaso.in l.interpositas.C.de transa. Flota.in l.si cui.ff.quẽadmo.seruit.amittã.Angelus in l.quid ergo.§. pœna grauior.ff.de infami.Canon.in c.licet causã.de probationibus.

1 Limita primo, quando locus vel tempus non esset variabile: quia esset impossibile quod sit nisi vnum: quia tunc licet non probetur locus vel tempus in accusatione deductum, debet sequi condemnatio.ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam: Ita tenet Ange.de Perus.in d.§. quid tamen nn. 4.

2 Secundo fallit, quando inquisitus esset confessus delictum: Ita tenet Angel.in l.si vacantia.col.33. versi. quæro si inquisitus. C. de bonis vacan.lib.x.de quo vide Bald.qui videtur aliter dicere in l.quoniam in fi.ff.de his qui not.infa.

3 Tertio limita, quando in inquisitione esset clausula, quæ communiter solet apponi, videlicet super quibus omnibus & singulis procedere intendit simul & diuisim.& omni meliori modo quo potest: Ita tenet Bal.in l.et si seuerior.C.de his qui not.inf.Flor.in l.in delictis.in §.si detracta.in fi.ff.de noxa.Ange.Aret.in tracta,maleficio,in parte,super quibus omnibus & singulis, nu.4.

REGVLA XXIX.

ACCVSATVS non potest reaccusare accusatorem suum post nomen rei receptum inter reos. Probatur hæc Reg.in l.is qui reus. ff.de pub.iud.in l.neganda.C.qui accusa,non poss.in.c.neganda.3.q. 3.de iure Regio.tex.in l.4.tit.j.par.6.

Limita hanc Regulam decem modis, vt per Maria. Soci.in c.ex literis.a nu.69.vsque ad nu.79.de mutuis petitio.vbi in nu.65.ponis quando dicatur nomen rei receptum inter eos.

REGVLA XXX.

AD cõpromissum faciendũ iudex partes litigantes cogere nõ po-

testamen. Ita probat glo. & ibi Bartol. in l. furt. in §. qui ius. ff. de his qui not. infa. tex. in §. fi. & ibi Ange. in Auth. vt litigãtes iurent. colla. 8. in c. fin. & ibi Bald. in iij. col. de rescrip. Bart. in l. congruit. ff. de offi. præsi. Bal. in præ. Decreta. nu. 28. glo. vbi doc. in l. j. in §. & post operis, ff. de nou ope. nuntia. quod etiam hodie est decisum, vt etiam inter consanguineos non habeat locum in pragma. 25. de Segouia, anni 1534.

Hanc Regulam limita tribus modis, vt per Ias. in l. quidam existi mauerunt. nu. 4. ff. si cer. pet. quas limitationes posuit Iacobi, de sancto Georgio in l. si vero, nu. 2. C. de iudic. Septem limitationes ad hanc Regulam posuit Feli. in rub. de treug. & pace. vbi notabiliter tractat materiam: quam regulam latius explicabimus infra, in Regu. incip. Affines.

REGVLA XXXI.

ADministratores seu officiales, vt sunt tutores, curatores, & similes, non possunt emere res illorum seu bona, cuius vel quorum administrant. Facit & probat tex. in l. si in emptione. §. fin. ff. de contrahen. emp. vbi dicit tex. q tutor non potest emere rem pupi. glo. in l. cum ipse, C. eo. tit. ibi, cum dicit, habet locum hęc in omni officio publico vel priuato. & si isti contrahunt puniuntur, vt in l. non licet, ff. eo. tit. vbi tex. dicit q amittunt rem, & condemnantur in quadruplum, facit etiam tex. in l. qui officij, ff. de contra. em. & in l. j. & ibi doc. C. de contrac. iudi. in l. plebiscito. ff. de offi. præsi. notatur in l. aufertur, in §. j. ff. de iure fisci. Hęc Regula probatur in tutoribus & curatoribus in l. j. tit. v. lib. v. ordina. & in l. xii ij. titu. vlti. lib. viij. ordina. & in l. iiij. tit. v. par. v. hanc Regulam ponit, Soci. in Regu. 278. vbi eam limitat septem modis.

Et quia Socinus tantummodo ponit regulam in officialibus administrantibus iustitiam, diuidam eam in duas partes. In prima parte ponam vltra eum Fallentias alias in istis officialibus qui iustitiam administrant. In secunda parte quid in curatoribus & tutoribus: quæ est magis necessaria.

8 Primo fallit vltra Socinum supradicta Regula, nisi officialis emit rem quę fuit patris vel antecessoris sui. Ita probatur in d. l. qui officij, & in l. milites, ff. de re milita. ff. de re milit. & notatur in d. l. principalibus, maxime per Roma. Ratio est, quia nihil proprium est filio quam patris successio. vt in Authen. quibus mod. natu. effi. legi. in §. igitur, colla. vi.

2 Secundo fallit, nisi contractus confirmetur silentio 30. annorum: Ita concludit Azo in Summa. C. de contracti. iudi. quã sequitur Matthæus de Afflic. in c. j §. si vero. nu. 18. de feud. Guar. atque Castal. in Vsib. feud.

3 Tertio fallit, nisi officialis emat finito officio, & sic tempore syndicatus, vt in d. l. C. de contract. iudi. & not. glo. in d. l. qui officij, & ita tenet Ias. in d. l. principalibus, nu. 4.

4 Quarto

4 Quarto fallit, vt non procedat in vltima voluntate: & ideo officialis durante officio potest hęres instituí, & sibi fieri legatum, vt in l.nõ dubiũ, in prin.ver.potestate.C.de testa.et ibi Bar.& Doc.quam opinionem sequitur Ias.in l.principalibus nu.2.in fi.ff.si cer. peta.

5 Quinto fallit in officiali, quia caperet donationem remunerationis causa, durante officio, vt in l. Aquilius Regulus, vbi Barto.in 3.oppo.nu.1.ff.de donatio.

6 Sexto fallit in officiali recipienti pignus: Ita tenet Bar.in l.in quorum.ff.de pigno.contra glo.ibi. quam doctrinam Barto. sequitur Bertachi. in tract.de gabellis.in 3.par.prin.nu.10.Ias.in d.l. principalibus.nu.3.Fran.Aret.in l. Gallus, in.§. & quid sit tantum.nu.19. ff.de libe.& posthu.

Secvnda conclusio huius regulę, scilicet quod tutores nõ possunt emere rẽ pupilli: & sic in consequentiã ꝙ non valet donatio, vel alia dispositio a minore facta ad vtilitatem tutoris, vel curatoris, seu alterius administratoris, vt probat iura supra alleg. Cuius Regulæ ratio est, quia tutores in hoc casu autoritatem pupillis prębere debent, & tanquam in re sua non possunt: vt in l.j.ff.de autho.tut. quia tutor datus est pupillo vt eum tueatur, non vt eum spoliet, vt in l.j.ff. de tut.& in.§.tutores. Inst.eod.titu. Secunda ratio est propter metum & reuerentiã quam pupilli habent tempore tutelę, ob ius tutelæ ipsius, vel administrationis, iste metus & reuerentia sufficit ad rescissionem contractus: tex.est iuncta glo.in l.j.§. quæ onerandæ, in verbo metu.ff.quar.rer.actio non dat. Tertia ratio est, quia alias tutores & alii administratores suos popillos, vt hos regerent spoliarent: Ita dicit Alberi.in .l.j.ff.de tutel.facit tex.in l.j.ff.de dona.inter virum & vxo. Quarta ratio est vt sit supradicta regula introducta in fauorem minorum, ne decipiantur, vt in l.j.ff.de mino.

1 Quam regulam amplia. Primo vt procedat etiam si pupillus si hæres institutus, & grauatus restituere hęreditatem tutori, non potest ipsi tutori restituere prędictam hęreditatem sine iudicis authoritate: quia non potest esse author in re sua, l.j.§.fuit quæsitũ.ff.ad Trebel, cum prædicta restitutio sit ad vtilitatem tutoris, cum in eum trãseant actiones: vt in d.l.j.& per totum, Instit.de fideico.hęredita. tenent Doct.in l.singularia.ff.si certum peta, ita concludit Nicol. Bello.in lib,iij,supputa.c.14.& 15.

2 Secundo amplia, vt in tantum procedat quod etiam non valet acceptilatio facta tutori vel curatori per pupillum, seu alteri administratori durante tutela, neque etiam quidem statim finita tutela: sed ex longo interuallo secus, quia tunc cessat ratio huius regulę, arg.l. si ventri.in fin.ff.de priuil.credit.& in l.j.in.§.quę onerandę, ibi, in summa si incontinenti impositum sit quid liberto, quod oneret eius libertatem, dicendum est exceptioni locum fore.ff. quarum rerum actio non datur. Sed ex interuallo post redditas rationes & reliqua, cum nemo videatur eum cogere, vt promittat, tum bene potest: quia qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.l. in

deli-

delictis,.§.j.ff.denoxa.& ne officium sit alicui damnosum.l.si.quis.ff. si quis omissa cau.testamen.posset tamen minor læsus postea restitui, per l.j.ff.de mino.

3 Tertio amplia,vt etiam habeat locum in contractu donationis quæ donatio tutori per pupillum,fieri non potest:quod non solum est verum in donatione immobilium, verum etiam mobilium,vt in l.si ita.ff.de fideiuss.& in l.bonorum ff.de verb.sign.quod etiam intelligo non solum habere locum in tutoribus vel curatoribus,sed etiam in alijs:etiam si ipsos tutores vel curatores nihil tangat, non valet supradicta donatio: vt in l.tutor ad vtilitatem.ff.de admi. tuto.& in l. fin. C.si maior factus.imo etiam si tutor in hoc casu pupillo præstiterit authoritatem,tenetur: vt in l.j.in prin.ff.de tu.& ratio.distra. quia donare est perdere,vt in l.filius familias.ff.de donatio.

4 Quarto amplia,vt etiam procedat in cessione : quia cessio facta p pupillum tutori,non valet:quia donationis vicem plerunque habet, vt in l.penul.& fina.C.manda.

5 Quinto amplia,vt non solum habeat locum in persona tutoris & curatoris, verum etiã habet locum in persona consanguinei ipsius tutoris,Ratio est,quia fieret fraus de persona ad personam,vt in l.pupillus.in,§.sed et si per interpositã.ff.de admini.tuto.notatur in l.fraus ff.de legib.& in regu.quę in fraudem.de re.iur.lib.6.

6 Sexto amplia,vt etiam procedat in testamento facto ab adolescẽte in fauorem tutoris vel curatoris,vt etiam non ualet,quia non libere videtur factum ut decet:ut in l.j.C.de sacrosanc.eccl.et in l.j.& per totum.C.si quis aliquem testamen.prohi.quamuis si alius prohibitus fuisset institutus,ualeret.ut in l.qua ętate.ff.de testamen.

7 Septimo amplia,ut supradicta regula habeat locum in custode:de quo potest poni exemplum in c.cum locum.de sponsa.vbi dicitur qꝺ quando agitur de fœdere matrimonuij,debet custodiri mulier in loco tuto:quod si ita mulier esset minor,nõ posset contrahere cum custode, Ratio est,quia ratione metus uideretur facere,ut in d.§.quæ onerãdę.Idem est dicendum in minore qui est in carcere quod non possit contrahere cum Commentariensi,ut notatur in l.qui in carcerem,ff.qꝺ met.cau.

8 Octauo amplia,ut non procedat etiam si contractus fieret in præsentia amicorum:quia licet prędsentia amicorum tollat suspitionem, ut in l.trãsactionem.C.de transactio.tamen non tollit prohibitionem huius regulæ, licet cõtrarium teneat Bar.in repet.l.frater a fratre.nu. 51.ff.de condi.indebi.ubi expresse loquitur in casu huius regulæ,quẽ sequitur ibi Ias.in repet.nu.42.Alex.in d.l. transactionem.nu.4.Sed contra Bartol.& pro supradicta ampliatione facit tex.in L.14.ti.18 li.8.ord.in parte,concegeramente.quæ debet intelligi,id est publice, sicut est quando fit in præsentia amicorum , quod dicitur publice fieri.

9 Nono amplia,ut etiam hæc Regula habeat locum,si contractus inter tutorem & pupillum fieret in prędsentia iudicis cum iudex non

possit

possit legibus probantibus hanc Regulam derogare: quia inferior non tollit legem superioris, maxime prohibitiuam, ut in l.j.C.ne fideiuss.dot.dentur in Cle.ne Romani.de electio.alias nunquam haberent locum constitutiones uel ordinationes prohibentes aliquid fieri, cõtra l.nemo.vbi doct.ff.de lega.j.nisi iudex ex magna causa approbaret supradictum contractum, ut si nimis utile esset pupillo: uel alias, ut in l.si hominem.ff.manda. ita probat tex.maxima causa interueniente in l.4.titu.5. parte 5.

1. Fallit primo supradicta Regula.scilicet si tutor uel curator emat rem pupilli altero tutore authorizante.l.4.& 5.ff.de authoritate tuto. & l.non existimo.ff.de admini.tuto. Ratio est, quia isti tutores habent authoritatem diuiduam: quod tamen intelligo uerum, ut supra dixi quando fieret etiam cum magna causa, ut probat text.in l.4.tit. 5.parte 5.

2 Secundo fallit, quando tutor accepisset possessionem alicuius rei sibi debitæ antequam fuisset tutor: ut in l.fistulas.in.§.j. ff.de contrah. empt. Ratio est quia agitur de executione alterius contractus & vacuæ possessionis, in quibus non requiritur authoritas præsidis, ut in l.j.C.quando decre.opus non est.

3 Tertio fallit, quãdo pupillus esset debitor tutoris, quia tũc poterit sibi soluere, si debitum esset pecuniarum.l.quoties §.sicut.ff.de admi. tuto. sed si res essent immobiles, requirerentur solẽtitates positę in.l. magis puto.ff.de reb.eorũ.& in l.si prędiũ cũ alijs.C.de prę.d.mino. notant docto.in l.singularia.ff. si cer.pet. Et idem quod dictũ est de tutore, quod potest sibi soluere, habet etiam locum in excutore dato in testamento Ita tenet Ioan.And.in additionibus ad specu.in titu. de instrumen.ęditio.in.§.nunc aliqua.uer.29.nu.30.quẽ sequitur Bal. licet de Ioan.And.nullam mentionẽ faciat, in l.non est dubium.nu.4. C.de leg.allegat text.in d.l.fistulas.in.§.fundum.eandem opinionem tenet ibi Paulus de Cast.& Iason nu.4.in 2.limitatione.neque talis executor propter hoc incidit in pœnam.d.l.non est dubium.quã opin. sequitur Phil.Dec.in consi.243.nume.3.

4 Quarto fallit, quando pupillus factus maior approbauerit illum cõtractum l.fin.C.si maior fact.l.pupillus §.item ipse.ff.de admin.st.tutorum. Quod tamen intelligo uerum, quod ualebit supradictus contractus a tempore approbationis, & non ante, cum a principio nullus fuit, ob id non potest conualescere.l.quod in initio.ff. de regu. iur.

Quinto fallit, quandocunque ex contractu resultaret commodum pupillo. Ratio est, quia cũ hęc regula fuit introducta fauore pupillorum, ne decipiantur, & bonis suis priuentur: igitur in fauorem ipsorũ ualebit: ut in §.j.insti.de autho.tuto.in.l.non eo minus.C.de procu. gl.in l.2.ff.de acceptilatio.tex.est in l.3.ti.7.lib.3.fori.et in d.l.4.ti.5. parte.5.

6 Sexto fallit, in substitutionibus pupillaribus, quia non fiunt a pupillis tutoribus; & sic requiritur, ꝙ sint factæ ab ipsis pupillis quia ubi

verba

verba non conueniunt, neque dispositio, l.iiij.§.toties.ff. de damno infect. Et quia substitutio pupillaris potius est dispositio testatoris quã filij pupilli.l.Papinianus.§.sed neq; impuberis. ff. de inoffic. testa.& est prouisio patris magis, quam filij.l.patris & filij.ff.de vulga.& pupill.& sic substitutio valet, vt in c. si pater & ibi Doct. de testa.lib.6.

7 Septimo fallit, quandocunque fieret contractus cum anthoritate iudicis. Quod tamen intelligo verum, vt supra dixi in 9.amplia. scilicet, quod causa debet esse maxima, & iure conueniente: nam alias non potest minor etiam cum decreto facere talem contractum, vt in l.j.& ibi Bar. C.si maior fact.quem sequitur Barba.loquendo in donatione, in consi.40.col.17.vers.capio aliud dubium in 3.vol. vbi dicit, q̃ in tantum hoc procedit, etiam si minor iurauerit talem donationem, idem tenet in consii.xlj.in 4.volu.

8 Octauo fallit, quando pupillus esset ditissimus & cõtractus factus, vel donatio esset modicę quantitaris: quia de modicis non curat prętor.l.scio.ff.de restitut.in integ.l.cum plures in fine ff. de administr. tutor.

9 Nono fallit in minore, qui alenauerit aliquam rem pio loco, dum ibi custodiebatur professionis voluntarię faciendæ causa: probat gl.j. in l.si quis Titio.ff.de lega.ij. ita tenet Bald. in l.generali nu.3.C.de sacrosan.eccle.quã opinionem sequitur Pari.in c.in præsentia.nu.37. de proba.contra Abb.ibi.nu.10.Circa quã quæstionem, vbi eam latissime examinat, vide And. Tiquel.in legibus conubia. in gl.6. nn. 159.cum seq.& sic licet, vt supra dixi in 7. ampliari, q̃ hęc regula habet locum in custode, tamen quando aliquis custoditur professionis voluntarię faciendæ causa, non habet locum. Est tamen verum q̃ ibi Tiraquel.loquendo in muliere quę prohibetur contrahere sine licentia mariti, vt in l.55.Tauri, an possit facere contractum fauore ecclesię vel pię causæ, & concludit q̃ non, ibi. in nu.170. Ratio in qua se fundat est, quia talis prohibitio est in fauorem mariti introducta. Sed supradicta ratio cessat in casu nostrę regulæ: quia talis prohibitio vt minor, non possit contrahere cum tutore, tantummodo, vt supra dixi in prin. huius regulę, est introducta in fauorem ipsius minoris. & ideo procedit, & est vera nostra limitatio: ibi Tiraquel. pro vtraque parte refert plures doctores, quos propter prolixitatem non refero, cum ibi in promptu videri possint.

REGVLA XXXII.

Ædificare potest quis, aut reficere Fortalicium, vel Castra, & Ciuitates in suo. Hanc regulam probat text. in l. per prouincias. C. de hędifi. priua. eandem regulam ponit Bartol. in ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. num. 7. & ibi Bald. & Angel. Ratio est, quia constructio ædificiorum est de iure gentium, d.l. ex hoc iure.

Limita

1 Limita primo, nisi talia ædificia fierent ad emulationem, vel iniuriam alterius. Ita probat tex. in l. opus nouum. ff. de ope. pub. & ibi Bart. & in l. fluminum. in. §. fi. ibi, nisi animo nocendi. ff. de dā. infect. glo. in l. per prouincias. in verbo sui dominij. C. de ædific. priui. & in l. qui cunq; castellorum. C. de fundis limitrop. lib. xij. in verbo, antiquitas. Bart. in l. j. in princ. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. & in l. fi. ff. de colleg. illic. nu. 3. Innoc. in c. Pisanis. de restitu. spoliat. Ang. in l. cum eo. ff. de seruit. vrba. præd. Ias. in d. l. ex hoc iure. nu. 8. vbi Claud. de Seysello. nu. 16.

2 Secundo limita, quando quis ædificaret in Limitibus Imperij Castrum vel Fortalicium. d. l. quicunque castellorum. iuncta glos. ibi Innoc. in d. c. Pisanis. Bartol. in d. l. fin. ff. de colle. illic. in d. nu. 5. Ange. in l. 12. tabularum. nu. 3. ff. ad l. Iul. maiest. Ias. in d. l. ex hoc iure nu. 11.

3 Tertio limita, quando ædificia præberent materiam seditionis & scandali. vt tenet glo. in d. l. per prouincias. quia tunc publica vtilitas præfertur priuatę. l. Lucius. ff. de euict. & l. item si verberatum cū sim. ff. de rei vend. Quod tamen intelligo esse verum, etiam si iste haberet licentiam Regis ad ædificandum Fortalicium: quia si talis ædificatio præberet seditionis materiam, tunc illud priuilegium, si est postfacto incipit nociuum esse, debet reuocari: Ita probat text. in c. suggestum. de decim. & in l. xlj. tit. 18. parte 3. & ita tenet Matth. de Affli. in const. Neap. lib. iij. Rub. 29. nu. 5.

4 Quarto limita vt procedat, ꝙ quis possit ædificare ad hoc, ꝙ officium sit licitum: sed ad hoc vt castrum vel locus habeat iurisdictionem, vel ius ciuitatis aut municipij, hoc non licet sine authoritate Regis. Ita tenet Bart. in d. l. fi. ff. de Colleg. illic nu. 15. & in l. fin. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomi. quem sequitur Claud. de Seysel. in d. l. ex hoc iure nu. 14. & ita debet intelligi dictū Inno. in c. cum ab ecclesiarum. nu. 1. de offic. ordin.

5 Quinto limita, nisi per sententiam essent muri destructi: quia tunc non possunt refici, vel de nouo ædificari sine licentia regis. Ita tenet Ioan. Fab. in l. seruus. C. de pœn. quem sequitur Chassanę. in consuetud. Burgund. in titu. {De foreſtz}. §. ix. nu. 4. Matth. Affli. in d. rub. xxix. nu. 6. pro qua opinione est text. in l. sacra loca. in §. muros. ff. de rer. diuisio.

6 Sexto limita, nisi esset cōsuetudo, vt quis non posset ædificare Castrum vel Fortalicium: quia tunc illa consuetudo valet. Ita tenet Chassanæ in d. tit. {Des foreſtz}. §. ix nu. 4.

7 Septimo limita, vt ista regula non procedat de iure nostro regio: vt in l. vij. tit. 7. lib. 4. ordin. & in l. 47. Tauri, in fi. & in pragmatica lxx. in antiquis, fol. 57. vbi habetur neminem posse sine licentia principis ædificare, aut reficere Castella.

REGVLA XXXIII.

Ædificare, & elevare potest quis vsque ad cœlū domum suam.

ſuam. Hanc regulam ponit text.in l.altius.& in l.ſi hędibus. C.de ſerui.& aqua.in l. fin.in §.fi.ff.quod vi aut clam.cum aliis iuribus allega.in gloſſ.in d.l.altius. De iure noſtro regio text.in l.xxv.titu. 32.par.3. Hanc regulam ponit Soci.in regula cj.vbi eam quadrupliciter limitat.

1 Amplia primo vltra eum, ꝙ in tantum procedat regula noſtra, ꝙ etiam ſi domus mea ſteterit per mille annos iuxta domum tuam non ædificata, probe potero eam ædificare. Ita probat gl.in l.qui luminibus.in verbo, formam. in fi.ff.de ſer. vrb.præ.& gl.in c. Abb.in verbo.alciatenſem monachum.de verb.ſignifi. Ita tenet Iaſ in §.æque ſi agat.nu.41. Inſti.de actio.

2 Secundo amplia, etiam ſi eleuando quis domum ſuam officiat luminibus vicini: quia tunc poteſt prędictam domum eleuare. niſi ei debeatur ſeruitus altius non tollendi. Ita probat text.in d.l.altius. & in d.l.ſi in ędibus.& in l.cum eo.ff.de ſerui.vrba.prędio.etiam ſi vicinus eſſet minor vel pupillus: vt in l.altius.ff.ſi ſerui.vend.iuncta gl. ibi Dec.in l.nullus videtur.num.1.& ibi Cagnol. nn.4.ff.de reg.iur. Coraſ.in lib.3.Miſcellanæorum.c.24.nu.3. Aymon, conſi.84.num.2. vol.j.Bertrand.in conſi.xxix.nu.2.& in conſi.ccxxiiij.nu.1.vol.ij. & in conſi.lxvij.nu.1. vol.ij. primę impreſsionis.

3 Tertio amplia procedere, etiam ſi in totum obſcurarentur lumina ſeu ædes vicini.d.l. cum eo.& ibi hoc tenet Bald.& Paul.in l. binas ædes.nume.2.in lect.Auionen. ff.de ſeruitut.vrban. Ange.nu.1. in d. l.cum eo.& Cæpol.in tract.ſeru.vrban.prędio.c.39.nu.1. in fin. licet Soc.in d.reg.cx.in 4.fallen.teneat expreſſe contra. quę opinio falſiſsima mihi videtur, maxime cum text.in quo ſe fundat in iure non reperiatur.

1 Limita primo hanc regulam vltra Socin. quando ſeruitus eſſet impoſita per pactum: vt in l. inter ſeruitutes.cum ſequē. ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum, & ita tenet Coraſi. in l. j.num.27.cum aliis.ff. de ſeruitutibus.

2 Secundo fallit, quando ædes vicini haberent lumen ex publico: quia tum vicinus ædificando nocere non poteſt talibus luminibus: nam non licet vicino aliquid in publico facere, quin liceat alteri prohibere: vt.ff.ne quis in loco pub.per totum. Ita tenet glo.in l.fluminū, in.§.ſi. in verbo non teneri.ff.de dam. infe. & ita tenet Bartholom. Cæpol.vbi declarat iſtam limitationem, in tract.de ſeru.vrba. præd. cap.xxix.nu 2.

3 Tertio limita, quando quis habet plures domus, & legat vſumfructum vnius alicui: nam tunc hęres non poteſt obſcurare domum vſufructuariam in totum: ſed debet modicum lumen quod habitantibus ſufficiat relinquere. Ita probat tex.l.ſi is qui binas. ff. de vſufruct. & in l.binas hędes.& ibi gl.ff.de ſer.vrba.præd. ita tenet Iaſ.in d.l.ex hoc iure.nu. 15.ff.de iuſt.& iu. Hypp.in ſingu.154. Coraſi. in libr.3. Miſcella.c.24.nu.6.

4 Quarto fallit, quando eſſet ſtatutum, vel conſuetudo ædificandi

vſq;

vsq; ad certam mensuram: vt est glo. in l. j. C. de ædifi. priuatis. & in l. qui luminibus. ff. de ser. vrb. prędd. quas sequitur Cæpol. in trac. seru. vrb. præd. c. 27. nu. 5. Coras. in l. j. nu. 12. ff. de seru. & in lib. 3. Miscell. c. 24. nu. 8.

5 Quinto fallit, quando quis ędificaret super re communi ipsius laborantis, & eius cuius luminibus officit: quia tunc non potest obscurare lumina alterius domus quæ est propria dicti sui consocij, & iste talis ædificando tenetur formam antiquam seruare secundum quam erat ædificatum. & si nunquam fuit ędificatum super ipso pariete, melior est conditio prohibentis: vt in l. Sabinus. ff. commu. diuid. & in c. in re communi, & ibi Ioan. And. & Din. de reg. iur. lib. 6. & ita tenet Albe. in d. l. altius. quem sequitur Cæpol. de seruitu. vrba. prædi. c. 36. nu. 10. & c. 39. nu. 3.

6 Sexto fallit, quando area in qua fructus triturantur, & paleæ a fructibus discernuntur, non possit habere ventum nisi ab vna parte, quia tunc ipso iure prædio vicini seruitus imposita esse videtur, ne possit altius tollere, & ventum impedire. Ita probat tex. & ibi Docto. per eum. in l. fi. in §. j. C. de seruit. & aqua tex. & ibi gl. j. & Ange. in l. Imperatores. ff. de serui. vrb. prædi. & ita tenet Ioann. de Imo. in l. si prius. nu. 9. ff. de no. oper. nun. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 14. ff. de iust. & iure Ioan. Coras. in l. 3. Miscel. c. 24. nu. 4.

7 Septimo falit. quando quis ædificaret animo nocendi vicino, & sibi non prodest: vt est text. iuncta glo. in l. j. in §. denique el 2. ff. de aqua plu. arcen. & in l. fluminum in §. fi. iuncta glo. ibi, in verbo, non teneri. ff. de dam. infect. & ita tenent Cin. Bald. & doct. in d. l. altius. per tex. in l. opus. ff. de oper. publ. facit etiam tex. in l. qui data opera. in prin. ibi, sine lucro hoc affectauit. ff. ex quib. cau. maio. & hanc opinionem tenet Paul. de Cast. in d. l. cum eo. Deci. in l. nullus. nu. 1. ff. de reg. iur. & ibi Hieroni. Cagno. nu. 4. Hippoly. in sing. 154. Fran. de Ripa, in l. de pupillo. in §. meminisse. nume. 34. per gloss. ibi. ff. de damn. infect. Alexand. in consi. clxxiij. nume. 4. vol. 2. Stephan. Beltran. consil. cccxxix. nume. 2. volum. 2. primę impressionis. Aymon. consil. 9 . nume. 1. volu. 1. Marian. Socin. Iun. in consil. lxxvj. vol. 2. Coras. in lib. 3. Miscellan. c. 24. nume. 5. Alc. in tract. præsumptio. iij. regula, præsumpt. 23. nume. j. Ias. in l. ex hoc iure nume. 8. ff. de iusti. & iu. Francisc. de Ripa in l. quo minus. nume. 26. ff. de flumin. De iure regio est text. pro ista opinione in l. xix. titu. 33. parte iij. & ibi gloss. Et ista opinio est vera & communis vt ex supradictis. Docto. patet: licet Alberic. teneat contrarium in d. l. altius. & Angel. in d. l. cum eo. num. 2. Florian. in l. Sabinus. nume. 2. ff. commu ni diuidund. quę opinio vt supra diximus communiter a Doctorib. reprobatur.

8 Octauo fallit in scalis: nam quis iuxta scalas ædificare non potest, ita quod luminibus earum officiatur, licet seruitus constituta non sit: Ita tenet Barth, Cæpol, in tract. seruit. vrbano. prædio, capi. xxxix. nume. 4.

Regula

REGVLA XXXIII.I.

AFFECTIO non petitur, nec eius ratione condemnatio augetur. Hanc regulam ponit tex.in l.si seruum.ff.ad leg.Aquil.& in l. prætia rerum,& in l.in lege Falcidia hoc esse.ff.ad l. Falci.in l.vnica,in versi.quod re vera.C.de senten.

1 Fallit primo,quando vtilitas est iuncta affectioni:vt in libris, in quibus diu studui,& multum scripsi:& sic habet vtilitatem iunctam cum affectione,vt in l.videamus.ff. de in litem iura. & ita tenet Alber.in l.j.eo.titu.secus si affectio sit sola.

2 Secundo limita, vt non procedat in casibus a iure expressis: Ita videtur tex.in l.non tantum,ff.de appella.& ibi est vtile, quia vita prorogatur.

3 Tertio limita,non habere locum in minore:ut in l.si in emptionem ff.de minor.& ita communiter tenent Docto.secundum Pyrrh. in l. quatenus in 2.regu.ff.de reg.iur.

4 Quarto fallit in casu. L. competit.§.i.& ibi Alberic.ff. quod vi aut clam.& in casu glo.in l.fina. in verbo, non habebitur.ff.de operis seruor.

5 Quinto limita,quo ad inducendam actionem quam affectionis ratio inducit in contractibus bonæ fidei,vt in l.cum seruus.ff.manda. quod intelligo si affectio fuerit honesta,secus si inhonesta, quia tunc non præbet actionem.nec auget condemnationem:Ita tenet Alberic. in d.l.j.col.ij.ff.de in litem iuran. secus tamen est in actionibus stricti iuris in quibus affectio non inducit actionem, etiam si fuerit causa honesta: ista est glo. in l.fideiussores.ff.de pac.in verbo,nec enim quam vltra Doct.ibi præcipue Iacob.de san.Geor. sequitur Iaf. in l. quidam cum filium.nu.7.ff.de verb.obliga,& in l. j.nu.7.ff. de in litem iuran.& in consi.41.volu.3.col.pen.

REGVLA XXXV.

AFFECTVS, licet non sequatur effectus,punitur. Hãc regulam probat tex.in l.j.§.diuus.ff.de sica. & in l.his qui cum telo.C. eo.tit.& in l.si quis,non dicam rapere.C.de episc.& cleri.canonizata in c. si quis.non dicam rapere. de pœniten.distinct.j. & in .l.j in fin.ff.quod quisque iur.& in c.fin.de spon. cum aliis glosis allegatis per Hyppo.in d.§.diuus.nu.3.& circa hanc regulam vide Feli.c.j.de præsump.& melius quam alibi Thom.grammati.decisio.ij.nu.2.cum aliis.

Hanc regulam ponit Socin.vbi eam octo modis limitat, in regula xxxj.Latius ponit hanc regulam,vbi eam limitat octo modis,Feli. in tractatu de conatu.col.ij.cum seq. quas limitationes ponit etiã Hippol.in .d.l.is qui cum telo.nn.24.& in l.qui falsam monetam.ff.de sicar.nume,2,cum sequẽ. Decem limitationes ad hanc regulam ponit

nit Matth.de Affli.in consti.Neapo.lib.j.rub.xj.nu.1.Circa quam regulã vide de iure regio l.ij.tit.3.par.vij Hodie tñ ad hoc vt incidat in pœnã,requiritur vulneratio,vt in l.ii.tit.13.lib.8.ordinamẽti.

REGVLA XXXVI.

AFFINES Ad compromittendũ de litibus cogi possunt,quãdocunq; cauetur per statutum:quod statutum in iure nostro validũ est,vt tenat Bal.in prima constitu.C. §.quibus.quem sequitur Ias. in l.j.nu.6.ff.de legib.& ita ẽt ꝙ prædictũ statutum valeat firmat Matth.de Afflic.in deci.Neapo.dec.xlvj.Cur. Iunior in l.fratris. nu.2.C.de transl.Iac.de sanct.Geor.in l.j.nu.7.in j lect.ff. de transl. & in 2.lect.nu. 6. vbi dicit, ꝙ istud statutum est fauorabile : quia est introductum in odium litium . quod ante eum tenet Bald in l. qui se patris.nu.16.C.vnde lib,Tiraq.no.in tract.de causa cessante. in j.par. in prin.nu.34.

ADDITIO. Vide pulchre Marc. Anto.Blancũ,in tract.de cõ promissis faciendis inter coniunctos,secundum statuta : vbi ample examinat infrascriptas ampliat.& limit.Et ex illius lectura possũt assumi plures aliæ ampliat.ac limit,vltra hic examinatas.

1 Amplia primo procedere,etiam inter maritum & vxorem: qui licet non sunt affines, sunt tamen principium & causa affinitatis. Ita Bal.in l.affinitatis.C.commu.de succes.nu.1.

2 Amplia secundo procedere inter sponsum,& sponsam: secundum Ias.in l.quod Seruius.ff.de condict.ob cau. nu.2.

3 Tertio amplia procedere inter consanguineos spurios,quãdo agitur inter coniunctos ex parte matris:secundum Alex.in l. ex facto in.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.nu.5.

4 Quarto amplia etiam inter minores: secundum Paulum de Cast. in l.nam & postea.in.§.si minor.ff.de iureiu.

5 Quinto amplia in tutore,& procuratore.nam licet alias istæ personę non possint compromittere sine speciali mandato. l. transact. & ibi doct.C.de transact.tamen quando eorum principales sunt cõiuncti,bene possunt compromittere:ex quo non faciunt hoc voluntarie.sed ex necessitate statuti.Ita tenet Ang.in l. non solum,§. interdum.ff.de procu.Bal.Pau.de Cast.& Alex. in l. si plures, ff. de pact.Ias.in d.l.transactionis.

6 Sexto amplius procedere,etiam si partes sint discordes in eligendis arbitris;quia tunc iudex solus eligit,& fit compromissum, vt in l.fi.§.electio.C.de iudi.Ita tenet Bar.in l.in venditione in §.fi.ff.de bonis autho.iudi.possiden.& in l.j.in.§.ex hoc rescripto.ff. de ventre inspicien. Alexand.in l.de die,in princip.in ij. notabili. ff. qui satisda.cogan.

7 Septimo amplia,non solum quando principalis litigator est coniunctus,sed etiam quando author est coniunctus, licet principalis sit extraneus:Ita tenet Bar,in sua 2.dispu.incip.Pisanæ ciuitatis.&

in l. procurator. la ij. ff. rem ratam habe.

2 Primo limita, dum tamen compromissum petatur ab vna ex p
tibus, alias si non petatur, iudex nõ debet compellere partes de p
se ad compromittendum, vt in l. iiij. in. §. hoc autem iudicium. ff.
dam. infe. & quando petitur ab vna parte debet alia pars citari: l
tenet Alex. in consi. lxxxij. vol. j.

2 Secundo limita procedere, quando staret aliqua scriptura iura
quia propter iuramentum non sit compromissum: Ita tenet Pau.
Cast. in consi. xiij. vol. ij. nu. 1. & 2. Alex. in cons. 37. vol. ij. nu.
Ias. vbi plures alleg. in l. fratris. C. de transa.

3 Tertio limita, procedere inter affines durante affinitate, secus
tem si affinitas sit dissoluta per mortem, quia licet remaneat vinc
lum quo ad impedimentum matrimonij, tamen nõ remanet quo
compromissum: Ita tenet Bar. in l. cui eorum. in. §. affinitates. &
Bal. & Doct. ff. de postu. glo. & ibi Alex. & doct. in l. sed hoc ita
de iud. Pau. de Ca. in l. re iudicatæ. §. fi. in fi. ff. solu. mat. Tiraquel
tract. de causa cessante, in prima parte, in prin. nu. 31. Et ex h
infero cessare dictum statutum inter priuignum & nouercam ma
tuo patre, ex quo est dissoluta affinitas, secundum Bal. in l. affinit
tes. C. com. de successio. Pau. in consi. 80. vol. ij.

4 Quarto limita in causa feudali: quia illa compromitti non pote
non obstante prædicto statuto: Ita determinat And. de Iser. in c. j.
§. si inter. de lege Corra. in vlib. feud.

5 Quinto limita, in causa in qua agitur de vita & malitia, in qua n
compromittitur: nam equiparatur feudali: Ita Matth. de Affict.
deci. xliij. per totam, & in consti. lib. iij. Regu. 18. Anton. Capitu
in decisi. ccxj.

6 Sexto limita, quando altera pars haberet aliquam exceptione
litis finitæ, seu impedientẽ litis ingressum, quia non potest ea inu
fieri compromissum: Ita Bal. Alex. & doct. in l. fratris. C. de transa
Bal. in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Iac. de S. Geor
in d. l. fratris. nu. 6. Ias. nu. 4.

7 Septimo limita, quando altera pars haberet scripturam publica
liquidam, puta instrumentũ, sententiam, vel obligationem. Ita con
cludit Soci. in consi. 4. nu. 1. vol. j. & in consi. ccc. nu. 5. in ij. vol. C
ne. in consi. 62. in iiij. vol. Bar. in l. eleganter. in prin. ff. de cond. ind
bi. Iacob. de Sanct. Georg. in l. j. in j. lect. num. 7. de transa
& ibi Ias. nu. 13.

8 Octauo limita, non procedere in spurio, qui litigans cum consa
guineo suo non potest petere compromissum, ex quo non dicitur
coniũctus. Ita Bal. in l. id quod pauperibus. nu. 36. C. de epis. & cle
& in l. cum acutissimi. nu. viij. C. de fideicom. glo. in clem. vnica
verbo, liberi. de baptis. quam sequitur Guliel. Bened. in c. Raim.
verbo, Rain. de Clera. nu. 23. Pau. Pari. in c. in præsentia. nu. 76.
probatio. Quod tamen intelligo vt supra dixi in iij. ampli
quando ageretur inter coniunctos ex parte patris: secus si ex pa

te matris.

te matris: quia tunc etiam spurius dicitur coniunctus, & petit compromissum: Ita concludit Alex. post doct. in l. ex facto. in §. si quis rogatus num. 50. ff. ad Trebellia. Alexand. in consi. 60. num. 8. in secundo volumine.

9 Nono limita, non procedere in causis criminalibus, quia in eis nõ fit compromissum. gl. in l. transigere. C. de transa. quam sequuntur ibi Bal. & Sali. Feli. in rub. nu. 2. de treu. & pace.

10 Decimo limita, non procedere in articulo iuris: quia vbicunque vertitur dubium, quod in mero iure consistit non debet cõpromitti, ex quo in iure omnia sunt certa & liquida. Ita tenet Bald. & Sali. in l. ancillę. in prin. C. de fur. Feli. in c. cum veniissem. in prin. de iud. Alex. in consi. lxij. nu. 6. vol ij. Ias. consi. xxvj. & xxxv. vol. j. Iac. de sanct. Georg. in l. j. in ij. lect. nu. 8. ff. de transact. Quod tamen declara, vt per Ias. in d. l. j. nu. 19.

11 Vndecimo limita, non procedere quando altera tantum ex partibus lederetur: vt notabiliter determinat Pau. de Cast. in cõs. cccxx. num. 3. & 4. vol. j.

12 Duodecimo limita, procedere inter affines coniunctos per legitimum matrimonium: secus per simplicem fornicationem. Ita tenet Ioan. And. in c. non debet. de consan. & affini.

13 Decimotertio limita, in causis mixti imperij: quia de iure non cõ promittuntur, non obstante prędicto statuto. Ita tenet Bar. in l. non distinguemus. in §. de libera. ff. de arbi. & in l. prętor. ff. de tutori. & curato. dat. ab eis. quem sequitur Franc. Cur. Iun. in l. fratris. nu. 4. C. de transact. Iac. de sanct. Geor. in d. l. j. in j. lect. nu. 8. & in ij. lect. nu. 8. ff. de transact.

14 Decimoquarto limita, in causa appellationis: quia in ea non potest peti compromissum non petitum in causa principali. Ita tenet Pau. de Cast. in d. consi. cccxx. nu. 1. vol. j. Iac. de sanct. Georg. in d. l. j. nu. 8. in ij. lect. ff. de transact.

15 Decimoquinto limita, non procedere in causa dandi tutelã, quia non potest compromitti: secundum Bar. & Bal. in l. prætor. ff. de tutor. & cura. datis ab his.

16 Decimosexto limita, quando coniunctus cederet suam actionem non coniuncto, quia licet compromissum fieret cum concedente, nõ tamen fiat cũ cessionario. Ita tenet Imo. & Alex. in l. si post diuortiũ. in fi. ff. sol. mat. Matth. de Affl. in deci. Neap. dec. 74. facit text. in l. Paulus respondit procuratorem. ff. de acqui. hær.

17 Decimoseptimo limita, non procedere inter consanguineos legitimatos. Ita tenet Alex. in consi. lx. nu. 7. vol. ij.

18 Decimooctauo limita, non procedere contra clericum coniunctum: quia cum sit statutum principis secularis, non potest ligare clericos. Ita tenet Bal. in c. cum veniissent. nu. 6. de eo qui mittitur in possessio. causa rei seruan. quem sequitur Soci. in consi. lxxj. num. 12. in iiij. volu. sed ipse clericus actiue posset petere compromissum contra laicum coniunctum, quia clericus gaudet statutis laicorum

rum pro se,non autem contra se, vt habetur per Abb.& Mod.in c. ecclesia sanctę Mariæ. de const.i.vbi Feli.nu.81.Bar. & doct.in l. cunctos populos.C.de sum.trini. & fide cathol.

REGVLA XXXVII.

AGNATIS vel cognatis deficientibus,coniuges succedunt in ter se.excluso fisco.Hæc regula probatur in l.maritus.C. vnde vir & vxo.circa quem tex.vide Maturinum Montanum in authen.de hæred.ab intest.ven.coll.ix.in regula xxx.pag.61.Ang. de Gab. in tract.de testa.in glo.iiij.nu.19.

Hanc regulã amplia duobus modis,& limita sex modis, vt per Phil.Dec.in d.l.maritus.nu.3.vsque ad nu.14. Hanc etiam Regu. cum sex ampliationibus diuersis ab aliis duabus, ponit Guliel.Be. ned.in c.Rayn.in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu.231. vsq; ad nu.240.vbi etiam ponit quinque limitationes ex limitatio. nibus Decij,licet de eo mentionem non faciat.

REGVLA XXXVIII.

ALLEGANS pro se aliquam legem fori, incumbit onus pro. bandi illam esse vsitatam & obseruatam. Hanc regulamponit Ro dericus Xuarez,vbi eam dupliciter limitat,in proœmio fori,fol.3. pag.2,in medio,cum fol.seq.

REGVLA XXXIX.

ALIENATIONIS prohibitio facta hęredi, intelligitur facta hęredi hæredis. Hanc regulam ponit Bar.in l.filiusfamilias.in §. diui.ff.de leg.j.nu.21,per tex.in l,sicut.in §.si debitori.ff.quib.mo. pig. vel hypo.solu.qui licet loquatur in permissione,dicit idem esse in prohibitione:argumento l.pater filio.in §.fundum.ff.de leg.3. & licet post.maxime Imola,dicant in illo tex.opinionem Bar.proba ri non posse,communiter tamen approbatur opin.Bar. eo quia hæ. res hęredis & testatoris esse censetur.l.fin.& ibi doct.C. de hæred. instit.& est tex.clarus in l.hæredis appellatione.& ibi gloss.ff. de verb.signi.& istam opinionem Bar.sequitur Alexan.in consi.lvj. volum.j.And.Alcia.in d.§.diui.nu.43.Ias.in j.lect.nu.110.& in ij. lect.nume.148.

1 Limita primo,si prohibitio in personam hæredis nominatim fa. cta fuerit,puta Titium hęredem prohibeo, quia tunc non censetur facta hęredi hæredis .l. Lucius §.j.& ibi Bart.& doct.ff. de leg.1. quam opinionem sequitur Alcia.in d.§.diui.nu.41. & ibi Ias. in j. lect.nu.112.& in 2.lect.nu.159.Ioan.Guald.de arte testandi, fol.8. Cautela 2.nu.3. Quam limitationem intelligo veram, nisi testa. tor prius nomen appellatiuum quam proprium apposuisset: vt si

dicat, prohibeo hæredem Titium alienare, quo casu prohibitio de non alienãdo comprehendit hæredem hæredis. l. si seruus communis. ff. de stipu. seruo. faciunt notata per Bar. in l. cum ita. in §. fi. ff. de cond. & dem. per doct. in l. quoties. ff. ad Treb. & in l. j. C. de impube. per canonistas in c. quoniam Abbas. de offi. delegat. Secundo intelligo, quando testator adiecit, q̃ volebat talem rem in familia remanere, vel de nomine vel de genere, suo non exire: quia tũc cum ratio sit generalior, quæ ampliat & declarat ipsum dictum. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. & prohibitio nominatim sit facta, nihilominus ad hæredem hæredis est extendenda: Ita consuluit Roma. in consil. 457. nu. 1. Ias. in d. §. diui. in 2. lect. nu. 152. vbi dicit se ita in facti contingentia consuluisse, & ita iudicatum fuisse. Tertio intelligo, vt non procedat quando testator prohibuit hæredem nominatim, & sic nomine proprio expresso, s. domum quę erat maiorum suorum alienare ne posset: quia ex tali prohibitione apparet testator ad dictam rem affectionem habuisse: vt in l. si in emptione. ff. de mino. & in l. lex qnæ tutores. C. de administr. tutor. Hanc opinionem tenet Rom. quem refert, & sequitur Ioann. Crot. in d. §. diui. col. xxxv. in prin. Ferdin. Loazes in d. §. diui. num. 501. licet contrarium teneat Alexand. ibi num. 26. quia contra eum est communis opinio relata in proxima limitatione, quę quasi eadem videtur cum ista.

2 Secundo limita supradictum communem regulam, quando testator prohibuit bona extra familiam alienari sub pœna priuationis hereditatis: quia tunc cum sit apposita pœna, prohibitio apposita in personam heredis: non afficit heredem hæredis: Ita tenet Ioann. Crot. in d. §. diui. col. xxxv. ver. 3. sit conclu. argu. l. multa in prin. ff. de condit. & demon. per quem tex. ita ante eum tenuit Bald. in l. fi. nu. 42. C. de hered. instit.

3 Tertio fallit, quando testator prohibuerit heredes suos alienare: dicendo infrascriptos, seu suprascriptos hæredes meos: quo casu talis prohibitio non comprehendit heredem hæredis: quia illud dicitur scriptum in testamento, q̃ oculis corporis legi potest vt in l. j. in fi. ff. de his quæ testa. delen. facit etiam text. in l. cum filio impuberi. iuncta l. qui liberis. in. §. hęc verba. ff. de vulg. & pupil. vbi per ista verba, quisquis mihi hæres erit filio meo impuberi heres est. non admittitur heres heredis: eo quia non est scriptus in testamento: quod requiritur per dicta verba, quisquis. vt in d. l. cum filio. & l. ex illa parte. ff. de verb. sig. Hãc limitationem ponit Cro. in d. col. 35. quam declara et intellige. vt per Loaz. ibi. nu. 504.

4 Quarto limita, & intellige hanc regulam quod licet comprehendat hæredem heredis, non tamen extenditur vltra quartam generationem post testatorem. Iste est tex. sing. secundum Iac. de Bell. & Ang. in authen. de testi. & ea quæ parit. in §. j. colla. 4. & ita per illũ tex. tenet Ale. nu. 27. Ias. in j. lect. nu. 113. Fel. in cõs. 27. nu. 12.

Quod tamen est verum nisi testator in prohibitione adiecit, q̃

vult rem illam perpetuo transire ad omnes descendentes: tunc talis prohibitio extenditur vltra quartam generationem, et deinceps in infinitum. Ita tenet Iac. de Bell. in d. §. j. quē refert & sequitur Ale. in consil. lvj. nu. 2. in j. vol. Ias. in d. nu. 13 & in l. fi. C. de hęre. insti. Dec. in consil. dcxvj. nu. 16. Pau. Paris. in consil. lij. nu. 17. in 3. vol. Io. Gualden. in tract. de arte testan. titu. viij. caute. ij. nu. 3.

REGVLA XL.

ALIENATIO feudi non valet sine consensu domini. Hanc regulam probat text. in c. imperialem. de prohi. aliena. per Fede. & ita per illum tex. vltra Bal. & Doct. ibi, ita tenet Zasius in consi. xv. nu. 11. & 16. vol. 2. Mar. de Mantua in cōsi. ccxxiij. Car. Moli. in consue. Paris. §. xiij. glo. v. nu. 1. cum aliis.

1 Primo amplia, vt procedat etiam inter conuasallos: secundum Bald. in d. c. imperialem. nu. 9. quem sequitur Socin. in consil. xix. vol. j. Curt. Iun. in trac. de feud. in 4. par. nu. 82.

2 Secundo amplia, quod in tantum procedat nostra conclusio, vt talis alienatio non possit præscribi, etiam longissimo tempore. Ita tenet And. de Iser. in d. c. imperialem. per illum text. in verb. nullius temporis præscriptione. quem sequuntur docto. ibi, Bar. Socin. in consil. lxxxvj. nu. 8. vol. 1. Maria. Soci. Iun. in consil. cxv. num. 4. vol. 2. Chassa. in consil. xj. nu. 91. Cardin. Parisius in cons. xxiij. vol. j. nu. 196. vbi hoc not. declarat.

3 Tertio amplia, vt etiam procedat in pignoribuss et hypothecis, quæ pignorari nec hypotecari possunt sine consensu domini: vt probat text. in d. c. imperialem. ibi, pignorare: vt in c. j. §. itē si quis. quibus mod. feu. amitta. per illum text. tenet Soci. in consi. xix. nu. 12. vol. j. August. Bero. deci. xciiij. nu. 11. Chassa. in consuetu. Burgund. in tit. {des fiefz.} Regu. iij. §. viij. nu. 11. fol. 118. colū. iiij. vbi hanc ampliationem quadrupliciter limitat vsque ad nu. 21. & quinque limitationes ad hanc ampliationem ponit Matthę. de Affli. in d. c. Imperialem. nu. 4.

4 Quarto amplia, ꝙ non solum alienatio non valeat, sed feudatarius alienans amittit feudum ipso iure: vt in c. j. in §. si Vasallus quæ fuit prima causa benefi. amitte. in vsibus feud. & ita per illum text. tenet Hiero. Gratus in consil. ix. nu. 134. volu. j. & sic talis alienatio cum sit de facto facta, de facto per dominum debet reuocari, secundum Alber. Bru. in consil. viij. nu. 6. Quod tamen intellige, vt ꝑ Pari. de Puteo in tracta. de integratione feudi. in c. an ipso iure perdatur feudum. fol. 20. nu. 1. per totum. & Matth. de Affli. in d. c. Imperialem. §. xiij. nota. nu. 5. & nu. 59. Ias. in l. fin. nu. 103. C. de re emphy. Felin. in c. Rodulphus. nu. 36. de rescript.

5 Quinto amplia, non solum procedere in toto feudo: sed etiam in parte feudi: nam si pars feudi alienatur, pro illa parte perditur feudum & reuertitur ad dominum, Ita probat tex. in d. c. Imperialem.

& ita

& ita tenet Bal. in c.j. in §. hoc quoq; de succes. feu. nu. 13. Matth. de Affic. in d.c. imperialem. nu. 28. Tho. Gramma. in deci. xlix. nu. 2. Pau. Paris. in consi. xiiij. nu. 2. vol. j. & in consil. vj. nu. 19. vol. iiij. & And. Tiraq. in l. si vnquã in verb. omnia. vel parte aliqua n. 14.

6 Sexto amplia, ꝙ etiam pro anima feudum sine consensu domini non potest relinqui. vt in d.c. Imperialem. & ita tenet Cur. in tracta feud. in iij. par. nu. 125. Lud. Gozad. consi. viij. nu. 21. ꝙ de iure canonico dicit non procedere, Roma. in sing. dxxxiij.

7 Septimo amplia, procedere etiam in donatione: nam Vasallus non potest feudum donare sine consensu domini: ita probat text. in d.c. Imperialem. versi. distrahere, vel alienare, quod comprehendit donationem: vt in l. ff. C. de reb. alie. non alienan.

8 Octauo amplia, procedere etiã in dote: nã Vasallus filię suæ non põt feudũ in dotẽ dare sine cõsensu domini: vt in c.j. §. donare. & ibi Bal. quali. olim feu. pote. alie. & in c.j. de eo qui sibi et hæredib. suis. & in c.j. an maritus succe. vxo. in vsi. feud. & in c. nuper de donatio. inter vir. et vxo. Ita cõcludit Soc. in d. cõs. xix. nu. 13. volu. j. Chassa. in d. rub. 3. nu. 29. Ias. in l. ff. nu. 109. C. de iure emphy. et in cõsil. lxxxix. vol. j. & ccxxj. vol. ij. Maria. Soc. Iun. consil. lxxij nu. 74. vol. j. Pau. Pari. consi. xvj. nu. 31. & cõs. iiij. nu. 47. vol. j. & dicit comunẽ opinionẽ Iacob. de Leonardis. in consil. cxiiii. num. 86. inter consilia Bruni. Sigismundus Goffredus consi. lij. nu. 60.

9 Nono amplia, procedere etiam in emphyteusi perpetua: quia feudatarius non potest dare feudum in emphyteusim perpetuam, vel in eo constituti vsusfructus. Ita tenet And. de Isern. in d.c. Imperialem. & ibi Bal. nu. 7. facit tex. in l. arboribus. in §. j. ff. de vsufru. & an l. ff. C. de reb. alie. nõ alienan. & istam opin. tenet gl. in d.c. imperialem. in princ. quam opin. tenet Francis. Cur. Iun. in trac. feu. iiij. parte. nume. 91.

10 Decimo amplia, non solum procedere in feudatario, verũ etiam in emphyteota. cum validum sit argumentum de vno ad alium, maxime quando dispositio feudalis non est contra regulas iuris communis, vt probat gl. in c.j. in verbo vtrũq; an agna. vel filius, quam sequitur Alex. in cõs. v. nu. 2. volu. v. Caro. Molin. in consue. Paris. in §. j. glo. v. nu. 71. Tiraque. in trac. mort. in 4. par. declar. vj. nu. 2. Euerar. in loco xij. Et sic emphyteota non potest ius suum emphiteoticum alienare, vel suas meliorationes, sed tenetur domino denuntiare, & expectare voluntatẽ ipsius per duos menses, alias amittit rem ipso iure, vt in l. fin. & ibi docto. C. de iure emphyteoti. & contractus factus ab emphyteuta non tenet, cum factus sit contra formam illius. l. ita tenet Sali. ibi, quem sequitur Iason nu. 105.

11 Vndecimo amplia procedere in omnibus casibus in quibus domiñiũ transfertur, quia in illis est prohibita alienatio feudi. argu. text. in l. j. C. de fundo dota. & in l. ex hoc edicto. in §. ij. ff. de alienatione iudic. vt in l. alienationis. ff. de verb. signifi. notatur in l. fin. C. de reb. alie. & ita tenet Matt. de Affl. in d.c. imperialem. nu. 6.

22 Duodecimo amplia, procedere etiam in locatione ad longum tempus: nam feudatarius non potest rem feudalem locare ad longum tempus, Ita tenet Matt. de Affli. in d. c. imperialem. nume. 61. Ias. in l. fi. nu. 8. C. de iure emphy. Paris de Pute. in libr. de reintegra. feudi. c. an possit reuocari locatio. fol. 140. colũ. j. Pro quo facit, nam locatio ad longum tempus parum distat ab alienatione: ideo prohibita alienatione, censetur etiam locatio ad longum tempus prohibita. Ratio est, quia talis conductor dicitur naturaliter possidere, vt est glos. magna. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. & in l. si quis antea, in glo. 3. ff. de acquir. possess. & in l. sciendum. §. j. in gl. j. ff. qui satis. cog. & in l. j. C. de pat. potesta. & in l. j. in verbo, conduxerit. ff. de loco publ. fruendo. & in l. j. in verbo, superficiem. ff. de superfi. & in l. quæro. §. inter locatorem, in verbo, biennij. ff. de loca. & quia talis conductor habet vtile dominium in re conducta. d. l. j. §. j. ff. de superfi. & l. j. §. fin. cum l. seq. ff. si agr vectiga. vel emphy. peta. Et dicitur longum tempus secundum supradictas gloss. spatio decem annorum: quas glos. sequitur Bar. in l. j. in. §. j. ff. de superfi. Ange. & Imo. in l. si domus in. §. fin. ff. de leg. j. Ias. in. l. manumissiones. nu. 7. ff. de iusti. & iur. & in l. 3. in. §. ex contratio. nu. 48. ff. de acqui. posse. Felin. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 86. de constitu. Matth de Affli. in tracta. de iure proto. in. 8. not. nu. 25. Nicol. Boer. in decis. 255. Zasius in sua Epitome feudo in 9. par. nu. 13. licet contrarium teneat glos. quæ communiter reprobatur secundum supradictos doctor. & secundum Bar. ibi in l. codicillis. §. instituta. in glo. fi. ff. de leg. 2.

23 Decimoterrio amplia procedere, etiam si Vasallus post alienationem recuperauerit feudum, nihilominus non euitat pœnam. c. j. quid iuris sit, si Vasallus post aliena factam recupera. vbi text. & communiter docto. tenent istam opinionem. Quam tamen intelligo veram quando recuperauit feudum postquam fuit traditum, secus si recuperasset feudum antequã tradidisset possessionem ipsius feudi: quia tunc excusatur, & non procederet prędicta regula: Ita cõcludit Aluaro. in d. c. ij. in. ij. col. vbi sic intelligit illum text. quem sequitur Curt. Iun. in tracta. feudo. in 4. par. nu. 13. Tiraquel. in tract. de iure consti. in 2. par. Ampliat. 26. nu. 1.

24 Decimoquarto amplia procedere, etiam si Vasallus alienet feudũ propter aliquam necessitatem. Ita tenet Bald. in c. j. in prin. per illum text. qualiter olim feudum potent aliena. & ibi communiter doct. idem Bald. in c. j. in. §. aut si libellario. quibus modis feudum amittatur. quam opinio. sequitur Cur. vbi notabiliter eam examinat. in tracta. feudo. in 4. par. nu. 107.

25 Limita primo, vt non procedat quando vnus vasallus infeudat alium vasallum de feudo, quod ipse habet et recognoscit a domino. Ista est glo. commu. approbata in c. j. in. §. præterea. de cap. Corradi. & in c. j. in. §. j. qualiter olim feudum pote. aliena. et in c. j. §. similiter, & in. §. seq. de l. Corra. text. & ibi glo. & omnes doct. in c. Imperialem

rialem.in.§.de prohibi.feudi.aliena.per Fed. glo.in c.cum ecclesiarum in verbo,alienandi.de constitu.bonus text.in c.ex transmissa. & ibi Panor.& alij de foro compe. quam opinionem tenet Ioann. Bar.de Scarampis in consi.111.nu.j.inter consilia Alber. Bruni.& Ludo.Gozad.consi.62.nu.5.& dicit esse communem Franc. Curt. Iun.in tract.feudor.in 4.par. nu. 83. quam limitationem sublimitat idem Curt.ibi,vsque ad nu. 91.

2 Secundo limita, non procedere in transactionibus. nam Vasallus potest supra feuda transigere sine consensu domini, quando est mota sibi quæstio.cap.j. §. si Vasallus de beneficio suo. si de feu.fue.contro.& c.j.de contro. feu. inter Vasal. & alium. in Vsibus feudo.

3 Tertio limita, quandocunque Vasallus vendit feudum, sed non tradidit:quia non priuatur feudo.Ita tenet Bal.in c.j. in .§.aut si libellario.quib.mod.feud.amitta.& in c.j. in §.calidis.de prohi.feudi aliena.per Federi.in vers.vendunt & in alios transferunt. Hanc opinio.tenet Matth.de Affli.in d.c.Imperialem.nu.46.Caro.Molinæ.in consuetu.Parisien.§.13.in gl.5.nu.3.hanc opinionem notabiliter examinat Andreas Tiraquel.in tract.de iure constituti.in 3. par.ampliatione 27.nu.1.2.

4 Quarto limita in renuntiatione:nam Vasallus potest renuntiare feudo,inuito domino. Vt in c.j.de vasallo qui contra constitutionē Lotharij, vbi hoc expresse determinatur. Ratio est, quia cum feudum principaliter concedatur in fauorem Vasalli, potest ipse fauore suo renuntiare,ad apostolicam de regula. Ita tenet Matth. de Afflictis.in d.c. Imperialem.versi.16.quero nu. 35.

5 Quinto limita,nisi esset statutum, vt feudum possit alienari sine consensu domini.Ita determinat Iacobus Aluarotus in cap.j. quali. olim feu.pote.aliena.quem sequitur Franc.Curtius,vbi hoc notabiliter declarat.in in tracta.feudorum.in 4.par,nu.109.Lauren.Syluanus in consi.15.nu.41.& 43.

6 Sexto limita,non procedere in pignore iudiciali: nam sine consensu domini potest contrahi de feudo,vel in causam iudicati. capi. Ita tenet Aluaro.post Iacob.de Ardizo.in.d.c.Imperialem.vbi cōcludit,q̄ licet voluntarie.vel ex consensu prędicta fieri non possint tamen ex necessitate si Vasallus aliud non habet, ex quo satisfieri possit creditoribus,prædicta fieri possunt:argu.tex.in l.alienationis.& in l.cum pntarem.ff.famil.hercis.& in l.cum postulassem.in fin.ff.de dam. infect. & ille ad quem est dicta causa peruenerit feudum poterit illud retinere donec viuat Vasallus:arg.l.peto.in.§.prędium.ff.de lega.2.& in l.fundus.ff.de acti. empti. quam opinionem sequitur Curtius in d.iiij.par. nu.102.Albertus Bru. consi.xxxvij. nume.1.

7 Septimo limita,in iuramento:nam Vasallus, litigans potest deferre iuramentum aduersario super re feudali sine consensu domini: Ita tenet Romanus,in l, iusiurandum ex conuentione §.j. ff. de

iureiuran.

iureiur. reprobando ibi Gulielmum de Cuneo. Ratio est, nam iuramentum & transactio æquiparantur. l. 4. ff. de iureiur. sed vasallus potest transigere. vt supra dixi, ergo deferre iuramentum. Quod tamen intellige per Curtium in d. 4. par. nu. 100

8 Octauo limita, quando feudum alienatur in augmentum ipsius feudi, & ad vtilitatem domini, tunc potest alienare sine consensu domini: vt si feudatarius habens filios vendat feudum non habenti filios, & sic cito recusatum est feudum domino, tunc valet vēditio: vel iuuenis vendidit feudum seni, cum senes præsumātur citius mori, quā iuuenes, vt in l. hereditatum. ff. ad legem Falcid. & sic in similibus casibus. Ita tenet Andr. de Iser. in c. j. §. econtrario. de inuestitura de re aliena facta. & in c. j. an ille qui interfecit fratrem domini sui. & in d. c. imperialem. in princip. quam opinionem sequitur Matthæus de Afflictis. in d. c. imperialem. in 6. notab. nu. 55. & in §. præterea ducatus. num. 69. & in decis. Neapoli, 232. nu. 6. Pau. Parisius in consil. 2. nu. 10. vol. 1. Thom. Grammat. in consil. 10. nu. 6. 8. & 9. & in consil. 149. nu. 4. in consiliis ciuil.

Pro qua opinione facit. tex. in l. 3. ff. de nouā. vbi in augmentum & vtilitatem suam, ille cui bonis est interdictum potest alienari. Bonus textus in l. si quis in graui. §. cum hi. ff. ad Sillania. vbi si seruus probetur distrahi, talis prohibitio non extenditur ad alienationem, quę expediens est communi vtilitati. Facit etiam pro hoc, quia prohibitio alienationis feudi fuit inducta, ne feuda diminuantur, ergo vbi augmentantur non est prohibita talis alienatio, per regulam, l. quod fauore. C. de legib. Quod tamen intelligo verum dummodo sit euidens augmentum domini directi. Ita tenet Matth. de Affl. in dicto notabili xvj. nu. 57.

9 Nono limita, non procedere in arbitrio, nam Vasallus potest compromittere in arbitrū de re feudali sine licentia domini. c. j. §. si inter de lege Corradi. & c. j. an apud iudi. vel domi. quęst. feuda. terminari debeat. & in c. j. de inuesti. in maritum facta. & ita per illa iura tenet Curt. in d. 4. par. nu. 98.

10 Decimo limita, non procedere in seruitute reali: nam Vasallus sine consensu domini potest constituere in feudo seruitutem realem. c. j. §. quid ergo de inuestit. de re aliena fact. Quod tamen intelligo verum in prędudicium ipsius vasalli, nam resoluto iure ipsius & reuerso feudo ad dominum, nullum prædudicium affert domino talis constitutio. facit etiam gl. in c. j. in. §. præterea. de captu. Corra.

Et quia in supradicta regula tractatur, q̄ Vasallus alienans feudum sine consensu domini priuatur feudo, alias quadraginta causas, in quibus Vasallus potest priuari feudo, ponit Francis. Cur. Iun. in tract. feudorum, in 4. par. a nu. 4. vsque ad nu. 82. Septuaginta & duas causas ponit Matthæus de Affl. in c. j. §. item si quis feudum. a nu. 22. vsque ad finem.

REGVLA

REGVLA XLI.

APPELLARE ab exequutore permissum non est. l. ab exequutione. C. quorum appella. non recipi. & l. ab exequutore. ff. de appella. De iure regio est tex. in l. 52. in fin. titu. 18. par. 3. & in l. 161. Styli. Circa hanc regulam vide Spec. in tit. de appella. §. in quibus nu. 5. Hieron. Gratum in consil. 16. vol. 2. Aug. Beroum. q. cxxxj. Alexand. in consi. cxiij. vol. v. nu. 10. Carol. Ruinum in cõ sil. 80. volu. v. Hanc regulam ponit Socin. in regula xxvj. vbi eam limitat quinque modis.

1 Limita primo vltra eum. nisi exequutor excederet modũ. c. nouit de appel. vbi ponitur eadem regula cum supradicta limitatione. idem probat tex. in d. l. 52. in fi. glo. in c. ad nostram. de appell. & in c. super quęstionem, in. §. j. de offi. delega. in verbo, exequutorem. & gl. in d. l. ab exequutione. Et quãdo dicatur excedere ponit glo. & ibi doct. in c. qđ ad consultationẽ. in glo. fi. de re iudic.

2 Secundo limita, quando exequutor quicquã dolo egit, vel si pars dolo obtinuerit sententiam. vt in l. 3. in §. si exequutor. ff. de negot. gestis. & ita tenet Spec. in d. nu. 5. Et quamuis in d. §. si exequutor dicatur agi posse de dolo, tamen tutius est appellare.

3 Tertio limita, quando pars allegaret transactionem factam post sententiam. & illam statim probaret, tunc exequutor non potest exequi, alioquin is ipse grauat, ideo ab eo appellari poterit: arg. tex. in l. neque. §. fi. ff. de in ius voca. & in l. 2. ff. si quis cautio. vel si quis probet sententiam nouatã, vt in l. 4. in §. ex conuentione. ff. de re iudica. glo. in d. c. quod ad consultationem. quæ nouatio hodie non fit, nisi hoc expresse agatur. l. fin. C. de noua. Vel quando pars, in cuius vtilitatem est prolata, illi sententiæ renuntiasset, quod non potest facere si in causa matrimoniali lata sit, secundum Roman. in consil. 367. nu. 1. quia de periculo animæ agitur, vt in c. lator. & ibi glo. fin. de re iudicata.

4 Quarto fallit, quando exequutor missus sententiam male interpretatus esset, vt in d. l. ab exequutore. Ita tenet Petrus de Ferra. in pract. in forma exequu. sententiæ difinitiuæ in verbo, publico nuntio. num. 10. vbi declarat qualem interpretationem possit exetor facere.

5 Quinto fallit, quando sententia lata fuerit contra absentem ex iusta causa, quia non potest ei imputari, cur non antea appellauerit & ob id ab exequutore iuste appellatur, vt in l. si prætor. in §. fi. ff. de iud. c. cum Bertoldus. de re iudic. Spec. in d. nu. 5.

6 Sexto fallit, quando pendet restitutio in integrum post sentẽtiã, vel literis super supplicatione ciuili impetratis durante earum probatione, si vellet exequutor exequi, tunc ab eo licite appellatur vt in l. j. C. de in integ. restit. postu.

7 Septimo fallit, quãdo exequutor aliquid iniuriose egerit, vt si le-

ctos captos vel dolia capta causa executionis, malitiose fregerit: vt in l. si quis prouocatione C. de appell. & in l. lectos. ff. de peri. & commo. rei vendi. & in c. quia suspecti. iij. q. v.

8 Octauo limita, quandocunque sententia lata est contra aliquem famosum artificem: nam propter artificium ipsius poterit populus suspendere exequutionem, & tunc potestas tenetur suspendere exequutionem, donec principem, vel dominos, vel superiorem consulat. iste est mirabilis casus in l. ad bestias. ff. de pœn. & ita tenet Roma. in sing. dccxvij. quem sequitur Cępol. in l. mercis appellatione. nu. 15. ff. de verb. signifi. & in Caut. nu. 1. facit text. in l. qui cædem in vers. facilius. ff. de sicar. & idem Cępol. in l. si contra. nu. 18. C. de vsucap. pro empt.

REGVLA XLII.

APPELLATIONE pendente suspenditur iurisdictio iudicis a quo, & sic interim nihil est innouandum. l. appellatione. C. de appella. & l. j. in princ. ff. nihil noua. appella. penden. & c. non solū. de appella. li. vj. & c. post appellationem. § ante appellationem. ij. q. vj. & in l. xxvj. in fine, titu. xxiij. par. 3. & in l. iiij. tit. xv. li. ij. fori. Hanc regulam ponit Socin. cum vij. limita. in regula xxj. Vltra quem vide circa istam regulam Anto. Corset in singul. inci. appellatio. vbi ponit alias septem limitationes, ex quibus quinque sunt diuersę ad limit. Socin. quas ad literam ponit Ioannes Constantinus. licet de Corseto mentionem non facit, in glo. ad constitutiones regias Galliæ. artic. xxix. pagi. 66. Aliam limitationem ad hanc regulam ponit Ludo. Rom. in singu. clxiij. quas limitationes Corset. & Roma. refert Catel. Cotta. in memora. iuris, in verbo appellatione. Et circa materiam huius regulæ vide, vbi notabiliter eam prosequitur, Octauia. in pract. Romanæ Curię, fol. 199. pagi. 2. cum aliis. Fran. Nicon. in repet. c. quoniam contra. in glo. fin. nu. 12. cum aliis. Matth. de Afflict. in c. fi. nu. 35. quo tempo. miles in Vsib. feud. Paris. in consi. xxviij. vol. iiij. nu. 22. & 23.

Limita decimoquarto, & j. vltra eos, quando maritus in matrimonio, quod iure nō valebat, possessionē copulę carnalis habebat, pendente lite potest prohiberi ne ad inuicem rem agat, post litem contestatam, & testium publicationem seu probationem. Iste est casus singularis secundum Antonium ibi nu. 5. in c. laudabilem, vt lite pend. quem sequitur Roma. in sing. ccccxvj.

2 Secundo limita, cum hęres conuictus super legato appellat: quia non obstante appellatione debet cauere de eo restituendo. l. postq̄ § Imperator. ff. vt legat. nomi. cauea.

3 Tertio limita, si agatur actione personali, puta exempto: nā si res petita alienetur, tenet alienatio. Nec obstat supradicta nostra regula, vbi status causæ non debet mutari: quia respōdeo quod non mutatur, nec alienationi præiudicatur, quia perinde condēnabitur reus

si res

si res petita alienetur. ac si non esset alienata. Ita tenet Spec. in tit. de interroga. in §. nunc de interrogatione. nu. 8. Nec etiam obstat tex. in Auth. vt nulli iudicium. in §. & hoc collat. ix. vbi prohibetur iudex transferre possessionem rei petitę ab vno litigantium in alterum: quia ibi non prohibetur, ꝙ pars possit transferre in extraneum, licet iudex sic, & sic regula nostra debet intelligi in iudice, non in parte in hoc casu, licet in aliis secus, secundum Paris. in c. dilectę. nu. 11. de exceptio. nam pars non obstante appellatione potest vti iure suo quando agitur personali actione: sed si ageretur rea li, tunc fateor ꝙ non possit alienari: non per generalitatem nostræ regule, sed quia res erat litigiosa. & ita tenet Paris. in d. c. dilectæ. nume. 13. de exceptioni.

4 Quarto limita, vbi ordinarius ignorat fuisse appellatum ad superiorem. c. si duobus. de appella.

5 Quinto limita, nam iudex post appellationem potest tempus legis moderari. c. cum sit Romana. in j. respon. de appella.

6 Sexto limita, non habere. locom in casu. c. consuluit. el j. & c. reprehensibilis. de appella. vbi iudex post appellationem potest cogere appellantem ad prosequendam appellationem propriam infra certum terminum.

7 Septimo fallit, in patrono præsentante duos in beneficio: nam si prius præsentauit vnum, & ille appellauit ne præsentetur alius, potest nihilominus patronus alium præsentare appellatione pendente, & iudex a quo, admittit talem præsentationem. Ratio est, quia ante appellationem permittebatur sibi huiusmodi præsentatio, & non debet hac facultate priuari per dictam appellationem. Ita tenet Abb. in c. pastoralis, nu. 3. de iure patro.

8 Octauo fallit, in sententia excommunicationis: quia ea nō stante potest iudex a quo denuntiare, & publicare excomunicatum vt ab oībus euitetur. Ita probat tex. in c. pastoralis. in §. verum, & ibi Abb. & Philip. Fran. in j. notab. de appel. Ioan. And. in c. venerabilibus. in §. attamen. de sent. excom. lib. vj. Angel. in l. per hanc. C. de tempo. appel. & in d. l. j. ff. nihil. noua. appel. penden. Itē etiā iudex potest interim priuare excōmunicatum fructibus sui beneficii, & distributionibus quotidianis. ita tenet Abba. in d. §. verum. nu. 17. quē sequuntur ibi Io. de Imo. & Philip. Fran. Quod tamen est verum quando appellatur ab ipsa sententia excōmunicationis: secus si appelletur declaratoria iudicis, per quam declarat aliquē incidisse in sententiam excommunicationis: quia tunc appellatio suspendit, & iudex nihil poterit interim innouare. Ita cōcludit Feli. in c. cum non ab homine. nu. xij. de iudi. vbi allegat aliquos Doct. idē tenētes. Item potest innouare iudex absoluendo ab excōicatione, non obstante appellatione: secundum Abb. in c. qua fronte. nu. 5. & in c. quęstioni. nu. 6. eo. tit. etiam si appellatus non renūtiet appellationi, vt ibi habetur. Quę omnia supradicta intelligo quādo quis appellat ab excommunicatione iam lata; secus quando appellat

pellat a futuro grauamine, & sic a censura futura. quia tunc excommunicatio postea lata est ipso iure nulla: vt est tex. & ibi D. Abb. & Philip. Franc. in j. notab. in c. dilecti. el ij. de appella. & in c. solet. de sentent. excommu. lib. vj. & ita concludit Angel. in consil. clxxxviij. & Paul. Paris. in consi. xxviij. vol. iiij. & in c. Apostolicæ. nu. 30. de exceptio. Quod procedit etiam in appellatione extraiudiciali. d. c. dilecti.

9 Nono limita, quando debitor qui appellauit, fuit ex noua causa factus suspectus de fuga: quia etiam appellatione pendente potest capi per creditorem sicut antea poterat. Ita tenet Ang. in repe. l. nemo carcerem. versi. item quæro quid si lite pend. C. de exacto. tribu. li. x. quē sequitur Ias. in l. si ab arbitro. nu. 6. ff. qui satis. cog. Ale. in cōs. cv. nu. 11. in 3. vol. pro qua opi. allegant glo. in l. fin. in verb. fideiussioris. C. de fęriis. recte intellecta: vbi secundum eos lis pendebat, & ita dicunt quod debet obseruari. quam opinionē tenet etiā Philip. Franc. in c. cum teneamur. nu. 13. de appella.

10 Decimo fallit, in omnibus casibus in quibus de iure appellare nō licet: quia tunc appellatio non suspendit effectum sententiæ, & potest iudex a quo innouare: secundum Inno. in c. pastoralis. nu. 3. de offi. deleg. glo. in c. non solum. in verbo, casibus, de appella. lib. vj. & per totum. C. quorum appella. nō recip. Bal. in c. sancimus. j. col. quo tempo. mil. in vsib. feud. Quod tamen intelligo, nisi in talibus casibus prohibitis appellans allegasset aliquam iustam causam, ex qua deberet admitti eius appellatio: quia tunc iudex tenetur eius appellationi deferre, & non debet interim innouare: gl. est in c. Romana. in §. si autem. & ibi Domi. in fi. de appella. lib. vj. Abb. in c. consuluit. el iij. in j. notab. de appella.

11 Vndecimo fallit in eo, qui detinetur in carcere pro crimine in quo fuit condemnatus: quia licet appellet a sententia, tamen adhuc potest detineri. Ita tenet Bal. in l. si clericus. nu. 6. C. de episc. au. Spe. in tit. de appel. in §. nouissime. nu. 1. Alex. in addi. Ad Bar. in l. j. ff. de cust. reo. Bar. in l. ab exequutione. C. quorū appel. nō reci. nu. 3. Et iste carceratus est remittendus ad iudicē appellationis, & debet mitti cum custodibus & expensis ipsius carcerati: ita tenet Bal. in l. generaliter. in §. is de præsentibus. nu. 4. C. de reb. cred. & iureiur.

Et licet pēdente appellatione exequutio corporalis nō debet fieri, vt tenet Bar. in l. qui vltimo. nu. 5. ff. de pœn. hodie tamen de iure regio bene potest, vt in l. cj. & in l. clxiij. in legib. Styl.

12 Duodecimo limita, in factis notoriis: nam in talibus appellatio nō suspendit exequutionem sententię: secundum Doct. in c. cum sit Romana. in §. prętera. de appella. glo. in c. Romana. in §. si autem. in verbo, notorio. de appella. lib. vj. hinc dicimus qp notorie criminosus non auditur appellans, & eius appellatio non suspendit, vt habetur in c. proposuit. de appella. Dec. post Abb. in c. consuluit. nu. 5. eo. tit. Ant. de Butr. in tracta. de notorio, artic. iiij. nu. 53. Bald. in l. j. nu. 10. C. ne ex delict. defuncto.

Decimotertio

13 Decimotertio fallit,nam iudex in fauorem appellantis potest innouare:secundum Inno.in c.quia propter.de elect. nu. 13. quem sequitur Soci.consi.xlv.nu.6.in j.vol.

14 Decimoquarto fallit,quo ad impediendam absolutienem ab excõmunicatione.c.qua fronte.& ibi Abb.& Doct.de appella.

15 Decimoquinto,quando sententia fuit lata contra possessorem beneficij in curia Romana:quia tunc interim si fuerit appellatum, interim beneficium sequestratur per ordinariũ loci:iuxta tex.in Cle. j.de sequestra.possess.& fruct.nam tunc interim si ab ordinario appelletur,potest procedere ad sequestrum non obstante appellatione,secundum Cardinalem in d.clem.j.nu.17.

16 Decimosexto fallit, quando appellatus attentaret aliquid in prę iudicium appellationis: nam potest iudex a quo, se intromittere, non obstante appellatione (puta, si appellans turbaret aduersario possessionem) & reformare sibi possessionem: vt in c. cum teneamur.de appella.& ibi Abb.nu.5.

17 Decimoseptimo fallit,nam iudex a quo,generaliter potest intentare omnia illa quæ tendunt in faciliorem exitum causę appellationis:nõ tamen cognoscendo de viribus appellationis: Vt tenet Abb. per illum tex. in c.ex literis.nu.4. de matrim. contract. contra interdict. eccles. & in d. c. cum teneamur. in j. nota. Felin. in consil. xiij. num. 3.

18 Decimooctauo fallit,quo ad taxationem expensarum:qui iudex a quo,potest pendente appellatione taxare expensas in quibus cõdemnauit:quia tunc non dicitur innouare,sed potius declarare pronuntiatum. Ita tenet Lapus in alleg.lxxij. incip.in causa matrimoniali.Felin.in consi.13.nu.2

19 Decimonono fallit in eo,cui factum est mandatum vt veniat ad residendum in loco beneficij:quia si interim appellat,potest iudex a quo, pendente appellatione ponere substitutum in dicto beneficio, qui interim nutriatur de fructibus illius beneficii : vt est text. in c. peruenit. [illegible] i.de appella.

20 Vigesimo limita,in sententia lata contra officialem in syndicatu,quia nõ suspenditur per appellationem: vt est lex nostra regia in Pragmatica 57.ver.lxvj.in volu.Pragmaticorum.idem habetur in petitione.xv. Toletana, Anni 1539.Quod tamen intellige,dummodo sententia non excedat quantitatem ibi positam.

21 Vigesimoprimo fallit, contra administratorem alicuius loci pij: quia si fuit condemnatus ad reddendum rationes,& appellauit, potest interim iudex a quo ipsũ constringere,non obstante appellatione. Ita notabiliter tenet Ang. in auth.de sanctis.epis.in.§. œconomos.nu.28.colla.ix.

22 Vigesimosecũdo fallit,qñ fuit a iudice terminus præfixus ad prosequendam appellationem,vel ad se presentãdum coram iudice ad quē:nam licet pendente appellatione censeantur ligatę manus iudicis,non tamen censentur ligatæ quo ad hoc, vt post illud tempus,

cum

cum appellatio remaneat deserta, possit ipse iudex sententiam exequi, vel in causa ipsa procedere. c. personas. & ibi Abb. & Præpos. in c. oblatæ, & in c. reprehensibilis. & in c. sępe, & in c. cum sit Romana, versi. ꝙ si is. de appellat. Et ita tenet Spec. in tit. de appella. in §. nouissime. nu. 1. ver. xv. & xvj. Card. in Clem. nu. 119. q. xxij. de appella. Bar. in l. prędes. C. de appell. Paul. Parisi. in consi. cviij. nu. 52. volum. iiij.

23 Vigesimotertio fallit, nam pendente appellatione potest iudex a quo, examinare testes senes vel valetudinarios, ad perpetuam rei memoriam: & non dicitur innouare. Ita per plura fundamenta concludit Matthę. de Afflict. in consti. Neapolita. lib. ij. Rub. xxxij. nu 1. cum aliis.

REGVLA XLIII.

Appellatio iusta, & licita non tollitur a Principe sine causa. Ita probat tex. in c. qui scit. ij. quæstio. vi. vbi colligitur, ꝙ appellatio est permissa de iure diuino: de cuius intellectu vide S. Thom. 2. 2. quæst. lxix. articul. iij. Secundo probatur hęc regula: nam iusta appellatio est defensio innocentis, c. cum speciali. de appellatio. quę est de iure naturali, l. vt vim. cum simil. ff. de iusti. & iur. & Clemen. pastoralis de re iudica. & Princeps sine causa non potest tollere defensionem: vt notatur in dict. Clemen. pastoralis: ita eodem modo non potest tollere appellationē. Tertio probatur hæc regula; quia per appellationem reparatur ius illius qui habet sententiam contra se: quia si apparebit, iuste appellasse, extinguit pronuntiatum l. j. in fin. ff. ad Turpil. sed Princeps sine causa non tollit ius alterius. l. quoties. C. de preci. Impera. offeren. & l. fin. C. si contra ius vel vtil ta. pub. Et ideo dixi ꝙ sine causa non potest Princeps ius alterius præiudicare, cum ipse fateatur secundum leges viuere. l. digna vox. C. de legib.

1 Fallit primo, nisi iusta causa subsistente, scilicet quando alias tumultum sedare non posset: quia tunc princeps posset tollere appellationem. Argumento tex. in l. qui cędem. ff. de siccar. Pro quo facit, quia Princeps cum causa potest dominium rei alienę tollere, & dispensare contra ius gentium, naturale. & diuinum; vt copiose congerit Feli. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 2. cum aliis, de consti. Ferdinan. Loazes in tract. de matrimonio Regis Anglię, in 2. dubitat. in solut. ad fundamentum 2. partis negatiuæ, nu. 4. latissime Nicol. Belo. in consi. ij. per totum.

2 Secundo limita, quando sumus in casibus in quibus non admittitur appellatio; de quibus per Azon. in titu. quorum appellatio non recipian.

Est tamen notandum, ꝙ in casibus in quibus non admittitur appellatio ab aliena sententia, poterit pars querulari: vt est glo. in c. querelam. in gloss. j. de procur. quam vltra Doct. ibi sequitur Ioan. Costan.

Costan.in glo.ad constitū.regias Galliæ,articul.cxxxv.colū.2.& l.xj.tit.xvj.lib.iij.ordinamenti.

3 Tertio limita,quando appellatur a sententia Regis,vel eius magni consilij,tunc non admittitur appellatio: vt in l.j.in prin.ff.a quibus appe.non licet.& in l.j.ff.de senten.prefect.prēto.in quo est notandum q̄ solum de gratia admittitur supplicatio,vt in Auth.quæ supplicatio.C.de præci.Impera.offere.& in Auth. vt sponsa.largi. in.§.ad hæc collat.ix. Et ita notab. tenet Hyppol. de Marsil.in l. vni.nu.16.C.de raptu virg.Paul.Paris.in j.vol.consi.cxviij.nu.4. & in 3.vol.consi.54.nu.39. De iure regio est tex.in l.xij.titu.24. par.3.in l.clxxiij.Styli.& in l.21.de Madrid.

4 Quarto limita, quando Princeps scribit rescriptum committendo causam appellatione remota: quia tunc solum videtur tollere frivolam appellationem.Secundum Bar.in l.j.in.§.interdum.ff.a quibus appe.non licet.nu.3.habetur in c.pastoralis.& in c.vt debitus. de appella.& in c.licet in corrigendis.de officio ordina.per Ioan. Andræ.in c.si de appella.lib.6.

6 Quinto fallit,de plenitudine potestatis. Ita tenet Bald in proœ. Grego.nu.4.vbi dicit, quod in principe est plenitudo potestatis, quod quando aliquid vult ex certa scientia,non potest ei dici, cur ita facis?idem tenet idem Bald.in prælud.feudo.nu.34.& in l.fin. col.j.C.senten.rescinden.non pos.sed ante Bald. istud fuit notabile verbum.Specu.in titu.de locato.in .§.nunc ostendendum.versicu. lxxxix.pro qua opinione est text. in c.in memoria. xx. distinct. facit quod notat idem Bald.in c.cum super nu.1. de causa possess. & propri.quod Princeps ex certa scientia super ius.& contra ius, & extra ius omnia potest:quem sequitur Ias.in l.j.nu.2.ff. de constit. princip.pro qua opinione est text.in l.qui in prouincia. in §.diuus. ff.de ritu nuptia. Ex quo apparet verum esse dictum Angel, in l.item si verberatum.in §.j. ff. de rei vendicat. vbi dicit, q̄ Princeps potest mihi auferre dominium rei meæ,etiam nulla causa subsistente,& qui contrarium dicunt,mentiuntur,idem tenet idem Angel.in l.iij.in.§.si is ,p quo.ff.quod qnisque iur.& in l. ij. C.de quadrien.prescript.Bald.in l.rescripta.colum.fina. C.de precibus Impera.offere.& in l.ij.colum.vij.C. de seruitut. & aqua. quam opinionem sequitur latius comprobando Philipp.Deci. in consil.191. nu.4.& in cōs.198.nu.2.& in consi.cclxij.nu.12.& in consi.269. num.7. Barba.in c.quæ in ecclesiarum penulti.colum. de constitut. & in iiij. volu.consil.lxiiij.Curt.Iun.in consil. j. num.19. Nicola. Belon.in d. consil.ij.num.7.& Iacob.de Leona. in consil.cxiiij. nume. 43. inter consilia Alberti Bruni, vbi nota. in materia.

Et facit etiam in fauorem huius limitationis: nam Princeps si vult potest legitimare post mortem patris filium naturalem, non requisitis his de quorum præiudicio agitur. Ita probat text. in l. ij. in fin.ff.de nata. restituend. inquantum enim dicit,quod Imperatores non facile solent quenquam notabilis restituere, nisi cōsentien-

te patrono: innuit, quod si Imperator vult, potest: licet cum diffi
cultate hoc faciat. & ita per illum tex. notabiliter tenet Barto. in
l.Gallus.in §. & quid si tantum.ff.de libe.& posthu.num.14.quem
sequuntur ibi Docto. præcipue Ias. in j. lectu.nu.140.eandem opi
nionem tenet Bald.in l.nam ita diuus in j.col.ff. de adopti. & in l.
ij.nu.39.C.de seruitu.& aqua. & in l.fin. C. quibus res iudic. non
nocet. Abb.vbi refert se ita consuluisse,in c.cum olim.num.16.de
re iud.& ita consuluit in j.vol.consi.lxxxiiij.nu.6.Alex.de Imo.
in j.vol.cons.ij.nu.14.Soci.consi.cxx.nu.8.in iij.volu.& alij Do
cto.relati per Felin.in c.cum olim.nu.16.Pro qua opinione est tex.
in l.ij.in.§. si quis a Principe.ff.ne quid in loco publi.vbi probatur
quod licet princeps non possit aliquid concedere in præiudicium iu
ris alterius,tamen si concesserit,valet.Facit etiam text. in c.quam
uis.de rescript.libr.vj.vbi probatur quod restitutio Principis, vbi
aliud non exprimitur,intelligitur fieri sine præiudicio iuris alieni:
ergo si aliud exprimitur potest fieri cum præiudicio iuris alieni.
Pro qua opinione est gl.not.in l.relegati.in glos.fin.ff.de pœn. vbi
probatur,quod sola voluntas Principis dicitur iusta causa,quam gl.
sequitur ibi Bart.Iason in l.testamentum. nu.2. C.de testament.&
in l.quo minus.nu.6.de flumini. Ale.de Imo.in l. quidam consule
bant.ff.de re iudi.nu.11.& sim.glo.de iure Canonico.in c.si gratio
se in verbo,a Romano Pōtifice,de rescript.lib.vj.& in c.si eo tem
pore in verbo & quāuis de elect.eod.libr.Facit etiam vltra omnia
supradicta tex.expressus in d.l.quo minus.ff.de flumi.vbi probatur
quod cuilibet est licitum aquam ducere de flumine publico. Ratio
est, quia licet hoc facere authoritate iuris gentium, quo iure flumi
na & eorum vsus & iura sunt publica & vsui publico cuilibet: vt
in.§.flumina.& in.§.riparum. Institu. de rerum diuisio. & in l.flu
minum.in princ.ff.de damn.infect.Sed tex.in d.l. quominus. dicit
hoc esse verum nisi Imperator vel Senatus vetet: & sic expresse
probat hanc limitationem.

Et idem quod dictum est de appellatione, extendo etiam habe
re locum in citatione:nam licet citatio sit de iure diuino. Gene.c.
iij.& etiam de iure naturali. Clem.pastoralis.§.cæterum. de re iu
dicata. tamen Princeps potest tollere citationem: & sic actus
vel processus factus a Principe sine citatione valet.Ita tenet Bald.
in l.cum cessante.in princip.C. quomodo, & quando iud. quem se
quitur Alexand.in consi.ij.nu.9.vol.j.Petrus Belluga in suo Spec.
Principium in rubr. xj.§. restat. nu. 4. facit gloss. in c. apostolicæ.
xxxj.q.9.ex quo apparet male dixisse Felin.in d.c.cum olim,nu.
13.de re iudi.vbi tenet. q̄ Princeps de plenitudine potestatis non
potest procedere parte non citata. Et ratio quare Princeps po
test procedere sine citatione est, quia in principe semper præsumi
tur causa:vt supra dixi.& hoc etiam tenet Cin.& Bald.in l.rescri
pta.in iij.col.C.de prēci.Impera.offeren. & in l.fi. C. si contra ius
vel uti.public.Anto.& Imol.in c.cum iuter.de renuntia. Floria.in
l.si

l.'si irruptione.§.ad officium.nu.6.ff.finium regundo.& alij Doct. relati per Ias.in l.si testamentum.nu.3.C.de testament.& per Hippol.in sing.vj.Ex quo Cinus in d.l.rescripta dicit, ꝙ si Princeps sine causę cognitione mandat alicui vt aliquem suspendat, potest ille sine peccato exequi, quia præsumitur, pro Principe ꝙ iuste procedat: facit tex.in l.si vendicari.C.de pœnis.& in c.cū apud Thessalonicam.xj.q.iij.& istud dictum Cini dicit esse notandum Abb. in c.cum olim.nu.23.de re iudic. Secunda ratio est, quia quando Princeps facit actum sine citatione partis simpliciter, debet valere & tenere omnino. Ratio rationis est, quia si Princeps facit actū, qui non possit valere nisi fiat de plenitudine potestatis, semper intelligitur fieri de plenitudine potestatis, vt actus magis valeat quā pereat. Ita notab.reperio consuluisse Pau.de Cast.in cōsil.cclxxxiij. nu.2.volum.j. & in l. ex imperfecto.C.de testamen. quem sequitur Alexand.in l.quanquam.nu.j.C.de testamen. mili. Felin.in c.j. nu.27.de constit.& in c.cum inter.nu.7.de excep. & in c. in causis.nu.2.in fin.de re ind.Hippo.in l.de vnoquoque.num.20.ff.de re iudi.& in sing. lxxxiij.

Et hanc limitationem secundo extendo, vt habeat locum etiam in recusatione: nam licet recusatio iudicis sit de iure naturali.c.quia suspecti. iij. q. ix. Princeps tamen de plenitudine potestatis potest tollere recusationem. Hoc fuit notab.verbum Inn. in c. transmissæ. de fo.comper.quem sequitur Specula.in titul. de recusation. in.§. j. Lapus in c.iudex ab Apostolica.de offi.deleg.lib.vj.Bald.in l. fi. C.de senten.& interloq.omn.Ang.& Imo.in l.j.in.§. interdum. ff. a quibus appell.non licet.Hip.in sing.ccxcij.

REGVLA XLIIII.

Appellare a sententia lata super possessorio non permittitur.l.j.C.si de mome.posse.fue.appella.& c. vlti..§. de possessione.ij.q.vj. Quę regu.habet locum in omni possessorio, siue adipiscendę, siue retinendę, siue recuperādæ, scđm Bart. ibi notatur in l. quisquis.C.quorum appella.non recipi. plene per eundem Bartol. in l.ij.nu.3.ff.de appella.recipi.text. in c. ex conquestione.& ibi Bald.de restitu.spolia.& in c.super eo.el.ij.eod.tit.gl.in.cum ad sedem.in verbo interdictum. in versicu.& nota per hanc Decretalem.eodem tit.Et hęc est vera regula & communis opinio secundum Augustin.Bero.in q.lij.nu.8.& ex adductis per Tiraquell. in tracta.de morte, in vj.par.declaratio.vj.nu.5. Catell. Cotta in memoralibus iur. in verb.appellari.el j. Sebastia. Vant. in tract. de nullitate sentent. rubri. iiij.quis possit dicere de nullitate nume.34. Ioann. Constant. in gloss. ad constitutiones Regis Galliæ. articul. lxij. licet contra eam tenet Ioannes Corasius in Paraphrasi

ad text. in l. naturaliter in §. nihil commune. nu. 8. ff. de acquirenda possessione. Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Socin. in regu. xviij. & cum tribus aliis limitationibus ponit Bernar. de Luco in regu. xxxvj. & ibi refert Antonium Nicellum in concordantiis glossarum, in concordantia vj. nu. 26. vbi limita hanc regulam vno & viginti modis.

1 Primo limita vltra eos, nisi sentētia feratur per verba negatiua, in casu. l. fina. C. de edict. diui Adriani tollen. nam licet a sententia lata in casu illius. l. in iudicio possessorio adipiscendæ, (vt est gloss. ibi in verbo. missus est post principium) non possit appellari per l. quisquis C. quo. appellat. non recip. tñ, vt supra dixi, quando sententia lata est per verba negatiua in isto possessorio, vt quia iudex pronuntiauit actorem non esse mittendum in possessionem: ab hac sententia bene poterit appellari. Istud fuit notabile verbum Ange. vbi dicit se ita multoties practicasse, in d. l. quisquis. num. 3. quod dictum tanquam notabile & stupendum, vbi etiam dicit se ita practicasse, refert & sequitur Iacob. de sancto Geor. in d. l. fin. nu. 56. & illud ēt tanquam notabile, & menti tenendum refert Andræ. Tiraquel. in tracta. de morte. in vj. par. declar. vj. nu. 3.

2 Secundo limita, in sententia sequestri faciendi: quia licet sit super possessione, potest tamen ab ea appellari. Ita notabiliter concludit Angel. in consil. cvij. nu. 3.

3 Tertio limita, in sententia definitiua, secus in interloquutoria: quia ab omni interloquutoria, lata in possessorio ante sententiam, potest appellari. Secūdū Ange. in consi. xlvj. nu. 4. & in consi. cxxxviij. Riminal. in l. j. nu. 2. C. de bono. posses. secun. tabu.

4 Quarto fallit, quando possessorium tractaretur per viam contractus, & non per momentaneum iudicium: quia tunc potest appellari. Ita notab. concludit Bald. in consi. ccx. nu. 5. in 5. vol.

5 Quinto fallit, quando iniuste & sine causa aufertur alicui possessio; quia tunc potest appellari. Ita concludit Abb. in cons. 55. in princi. in ij. volu. plures limitationes vide apud Marant. de ord. iudic. part. 6. de appell. n. 300. et precedd. et seqq.

REGVLA XLV.

Appellari ab omnibus iudicibus, tam ordinariis, quam delegatis, regulariter potest. Hanc reg. probat text. in c. omnes. et in c. an Romanam. ij. q. 6. ita tenet Specu. in tit. de appel. in §. videndū in princ. Non. n. iudici iniuriam facit is qui ab eius sententia appellat. l. et in maioribus. C. de appellat. cum enim appellatio sit quędam defensio. quę datur oppressis contra iniuriam iudicis. l. j. ff. de appel. & in d. c. ad Romanam, & sic debet regulariter omnibus censeri permissa. & quod sit defensio probat text. in c. cum speciali. in §. porro, de appell. Circa quam regulam vide Socin. in consil.

495,nu.1.cum seq.in 2.volu.Ias.in l.j.num.17.ff. quis caut. Octau. in prædicta Roma,Curiæ. lib.7.fo.151.Tiraquel.in tracta.de morte,in 7.par.declara.7,nu.9.Pau.Pari.in consi.xxviij.nu.11.vol.4.

Hanc regulã limita.cxxj.modis, vt per Anto. Nicellum in tracta.de concord.glo.in concord.6.a nu. 15.usq; ad fin. Quam regulam cum supradictis limitationib.ponit Bernard. de Luco.in regu. xxxv.& circa istam regu.vltra eum vide Matth.de Afflict.constitu.Neapo.in præludijs,in q.xxv.per totam.& circa hanc regulam vide notab.Robe. Marran.in tract.de ordine iudiciorum,in 6.parte,in actu.2.nu.255.cum seq.fo.278.colũ. 3. vbi etiam eam limitat pluribus modis.

REGVLA XLVI.

APPELLARI a statuto facto in odium vel præiudicium particularis personæ potest. Hanc regul. ponit Bart. in repetit. l.omnes populi.nu.53.ff.de iust.& iur. Deci.in c.cum omnes. in j.lectu. nu.15.de constitut. Ias. in l.j.nu.3.cum seq.ff.de legib. Fran.de Ripa in lib.j.respon.c.xxij.nu.4.Facit quod notant Abb.& Doct.in c.vestra.de loca.Bartol.& Doct.in l.j.ff.quando appellan.sit.

2 Ampliatur primo,etiam si statutum sit conditum per verba generalia.Ita tenet Bart.in d.l.omnes populi.nu.53.& in l.si res. nu.3.ff. de appella.reci.Felin.in d.c. cum omnes num.5.de constitut.Ias.& Claudi.de Seysell. in d.l.j.ff.de legib. Io. Crot.in repe. d.l. omnes populi.col.xv.versi.decima conclusio.Ias.in consi.clxi. col.4.versi.cõfirmantur prædicta.volu.2.& in cõsi.cxx.in fi.vol. 4.Ange. Aret.in §.ius ciuile.nu.15.Institu.de iure natu.gen.& ciui.Pro quo facit,nã genus cp in vna tantũ specie verificari potest, habetur pro specie & non pro genere.l.j.& 2.vbi Doct.ff.de libe. & post.

3 Amplia secundo procedere, si statutum fiat in odium vel grauamen vnius quarterij ciuitatis.Ita tenet. Ias.in d. l. j. ff. de legi. Stepha.Bertran.nota in consi.j.incip. viso cõsultationis themate.in respon.ad 7.dubium.nu.25.in 3.vol.primæ impressionis.

4 Ampliatur tertio, vt non solum a tali statuto possit appellari, sed etiam per viam querelæ habeat recursum ad superiorem. Ita Panor.in c.cũ omnes.& ibi Deci.in d.nn.15.& hoc est quod voluit dicere Bald.in l. j.§. similiq; modo.nu.2. C.de latina libert.tollend. dum dicit,cp fortior est sententia iudicis quam statutũ: quia sententia iudicis,si ab ea non appellatur, transit in rem iudicatam. Est tamen notandum quod talis facultas reclamandi non est perpetua, sed tantum durat per annum.l.qui grauatos.C.de censi.lib. 11.tenet Bart.in l.ambitiosa.nu.31. ff.de decre.ab ord.fac.Phi. Deci.in.d.c. cum omnes.& in c.consuluit.el.3.nu.39.de appell.

5 Amplia quarto,vt etiam tale statutum possit dici nullum. Secun-

dū Abb.in d.c.cum omnes.nu.2.& in c.consuluit.el.3.nu. 4.de appel.facit tex.in l.si constat.ff.de appel.idem sentit Bart. in l.fi. C.si contra ius vel vtili.pub.Cōtrarium tñ tenet Philip.Deci.in d.c.cū omnes.& in d.c.consuluit.nu.12.vbi dicit,quod cōtra Abb.est cōmunis opinio. sequitur Franc.Cur.Iun.in l.fin.nu.25.C.de edi.diui Adria.tollen.& in l.2.nu.7.ff.quod quisque iur. Sed hæ opiniones possūt cōcordari ex mēte Are.in rub.nu.7.de cōsti.q opinio Pau. procedat,quando statutū esset factum in odium alicuius de Collegio,qui tempore conditi statuti contradixisset: tunc enim statutum est nullum,quia cum contradicens sit sanior pars capituli, in eo videtur ius residere capituli: vt notatur in c.scriptum. de electio, & hac ratione idem videtur dicendum si statutum fiat in odium alicuius qui non sit de collegio sed tantum vnus de collegio contradicit:quia semper contradicens est sanior pars capituli.

5 Amplia quinto,vt non solum a tali statuto possit appellari, sed etiam a sententia lata secundum tale statutum ? Ita tenet Bal.in l. quisquis.nu.2.C. quorum appel. non reci.

6 Amplia sexto,vt etiam grauatus ex tali statuto possit contra agentem opponere exceptionem doli: vt in l.j.in fi.ff.de doli exceptio.Franc.de Rip.in d.c.23. & hoc verum si actor participauerit dolum,alias secus,vt in l.2.in.§.j.ff.de dolo. Quod tamen declara, vt per Are.in.§.j.nu.9. Insti. de excep.

1 Fallit primo,quando statutum re & nomine esset generale: quia tunc a tali statuto non poterit appellari.l.2.§.exactis ibi,neque prouocatio ex eis.ff.de orig. iu. & l.si qua pęna.ff.de verbo.sign.& l. fi.ff.de appel.reci.& c. quia nos.de appel.& ita fuit de mente Bar. in d.l. omnes populi.& in d. l.si res. Deci.in.d. c. consuluit.el 3.de appel.Feli.in d.c.cum omnes.

2 Fallit secundo,quando statuentibus datum esset arbitrium procedendi appellatione remota. Ita Bal.in l.2 §.postea ne diutius.ff. de origin.iur.quem sequitur ibi Hieron.Cagnol. nume. 69. de quo vide Iaso.in l.quo minus.nu.155.ff.de flumi.plene Barto. in l. fi.ff. de appell.recip.

3 Fallit tertio quando illi,in cuius prędiudicium statutum tendit,cōsensissent? Secundum Inno.in c.vestra,de loca.quem sequitur.Feli. in c.quæ in ecclesiarum.de constit.nu.54.vbi plura ad hoc alleg.

4 Fallit quarto,quando persona quæ ex tali statuto lædereturesset notoriæ delinquens: quia valet statutum factum in odium delinquentis,si delictum erat notorium. Ita Bal.in l.amissione.§. j. ff. de capit.dimin. & in Aut.habita.nu.18.C.ne filius pro pat. Sic etiam fuit factum vnicum,de schisma. lib. 6. in confusionem Domus, de Columna,de ecclesia male merentis.quod postea ob eius emendationem fuit solemniter annullatum per Benedictum xi. in Extrauag.inci.dudum bonæ memoriæ.in tit.de schism.de quo vide Feli. in c.si quando.nu.7.de rescrip.

5 Fallit quinto,si non fuerit appellatum intra decem dies: nam la-

psis

pśis decem diebus, non est amplius recipienda appellatio. l. qui grauatos. C. de cēsi. lib. xj. Ita Bar. in d. l. ambitiosa. nu. 31. facit tex. in c. concertationi de appel. lib. 6.

6 Fallit sexto. vbicunq; subsisteret aliqua iusta causa taliter statuē di contra priuatam personā. Ita Feli. in d. c. cum omnes. Ias. in l. omnes populi. in 2. dect. nu. 13. ff. de iusti. & iur. Hiero. Cagno. in proœmio Digest. un. 36. plene Clau. de Seyse. in l. j. nu. 3. cum seq. vbi enumerat aliquas causa ex quibus tale statutum sustineri potest. ff. de legib. Et hanc limitationem ponit Bernar. de Luco, vbi eam triplicitер sublimitat, in regu. 692.

REGVLA XLVII.

Appellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex nouis actis, nisi ex primis. Hanc regulam probat tex. in Clem. appellanti. de appell. Barto. in l. eius qui. nu. 8. ff. de appell. recip. in l. ait prætor. nu. 4. vbi assignat rationem huius regu. ff. de minori. idem Bart. in l. eos. §. si quid autem. C. de appell. & in l. per hanc. nu. 2. de tempo. appell. Matth. de Afflict. in decisione. 79. Rem. in sing. 404. & 278. Hanc regulam ponit Soci. in reg. xxij. vbi etiam quatuor modis limitat.

1 Limita primo vltra eum, vt non procedat, quando quis vellet producere nouas probationes super causa antiqua expressa in appellatione quando illa causa requirit probationes in facto: vnde dispositio l. per hanc C. de tempo. appel. habet locum etiam in appellatione ab interloquutoria quo ad probandum causas deductas. Ita tenet Cy. in d. l. per hanc. in j. & 2. q. Phil. Deci. in c. cū ecclesia. de appel. gl. in d. Clem. appellanti de appel. in verbo, probandis.

2 Fallit secundo, nisi causa superueniat de nouo, in qua nulla potest imputari culpa appellanti, quare ipsam non deduxit in appellatione: nam potest tunc interloquutoria iustificari ex ista noua causa. Secundum Oldr. in consi. cxxx. nu. 13. Bald. in l. inuitus. C. de procuratori. nu. vj. & in l. per hanc C. de tempor. appeli. nu. 29. Roma. in singu. 282.

3 Tertio fallit, si essent interloquutoria quæ haberet vim definitiuę: quia potest iustificari ex nouis actis? Ita Card. in d. Clemen. appellanti. nu. 9. in ix. quæst. vbi ponit exemplum in interloquutoria lata super attentatis. idem tenet Bald. in l. minoribus nu. 8. C. de his quib. vt indig. facit quod notat idem Bal. in l. j. nume. 25. C. quando prouoca. non est necesse.

4 Quarto fallit, quando appellatur a definitiua: nam in ea postea reparari grauamen, etiam illatum per interloquutoriam ex nouis causis & probationibus, ex quo non directo appellatur ab interloquutoria. Ita Bald. in l. generaliter. in §. sed iuramento nu. 5. C. de reb. cred. & iureiu. Inno. in c. quo ad cōsultationem, nu. 4. de re iudi. facit text. in c. fi. de appel. lib. vj.

5 Fallit quinto quando iniquitas interloquutoriæ sententiæ detegatur per allegationem iuris & non facti: tunc enim non est necesse declarare causas in appellatione. Ita Bald. in l. minoris. nu. 7. C. de his quibus vt indi.

6 Fallit sexto secundū Bal. in l. hi qui ad ciuilia. nu. 2. C. de appel. scilicet quando precedit causæ cognitio, & tunc habet locum: secus vbi non præcedit sed sequitur. Exemplum: si aliquis esset nominatus ad officia publica & appellasset, vel nuntiatione noui operis quæ fit per prætorem, venit iustificanda ex nouis actis postea probandis, vt in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de no. ope. nun. idem dicit in præcepto facto a iudice cum causæ cognitione: quia potest iustificari ex iam dictis postea probandis, secundum eum: quia magis accedit definitiue quam interlocutorie.

7 Fallit septimo quando iudex a quo appellatur non fuisset passus acta facta coram se scribi, vel appellāti copiā dari, poterit pars appellans per testes coram iudice appellationis hoc probare, argu. l. 2. C. vt lite penden. et ita expresse tenet Bar. in l. eius qui nu. 8. in fi. ff. de appella. recip.

REGVLA XLVIII.

APPELLATIO a definitiua pōt iustificari ex nouis causis et ex nouis probation. Hanc regulam probat text. in l. per hanc & ibi doctor. C. de tempor. appella. & in l. eos. in §. si quid autem. C. de appella. Bart. in l. eum qui. ff. de appell. nu. 7. habetur in c. fraternitatis. de testib.

1 Primo fallit dummodo nouæ probationes quæ producuntur per testes non sint super eisdem articulis vel directo contrariis propter timorem subornationis, sed super nouis articulis dependentibus a veteribus facientibus ad cām, vt est tex. in Cle. 2. de testib. ita Bar. in d. l. per hāc C. de tempor. appel nu. 4. idem Bar. & Doct. in Authē. qui semel. C. de proba. Abb. & Feli. in d. c. fraternitatis.

Pro qua opinione est casus expressus in x. colla. in c. de pace tenen. & eius viola. vbi Bald. ibi nu. 7. per illum text. dicit, quod filius non tenetur alere patrem Bannitum: & ibi hoc est introductum de nouo, & hoc etiam tenet Marth. de Afflict. in d. c. j. per illum text. in 11. notab. nume. 22. Sed nihilominus dico primam opinionem esse veram & tenendam, quod filius tenetur alere patrem bannitum, quia licet bannitus sit, nihilominus pater est. d. §. si vero contigerit. & l. eas & l. legatum. ff. de capi. dimin. & l. si adulterium cum incestu. n. §. liberto. ff. de adulte. Hanc. opinionem tenet Angel. in d. Authen. incest. nup. num. 1. Nellus in tracta. bannitorum, in prima par. 2. temp. nume. 48. Quam opinionem probat text. in l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scrip. haben. vbi probatur, quod licet aliquis sit incapax, ita quod de iure nihil possit habere, tamen legatum alimentorum, & sic alimenta habere potest, ita per illum text. tenet. Ioann. de Imo. in l. si vicium. nume. 3. ff. de re iudica. Ias. in l. j. nume. 1. C. de hæred. institu. & in l. ex hoc iure. nume. 49. ff. de iustitia & iu. Alcia. in l. nihil aliud. col. 1. fi. ff de verbo. signific. Pro hac opinione etiam facit: nam filius tenetur alere patrem excommunicatum, etiam si iuste excommunicatus sit. c. inter alia. de senten. excommunic. facit gloss. fi. in c. Pastoralis. in. §. verũ, & ibi docto. præcipue Philippus Decius. Imo etiam hæreticum patrem filius alere tenetur. cap. non satis. & ibi expresse Archidiaconus. lxxxvj. distinctio. facit etiam text. in l. qui cum uno. in. §. fin. ff. de re militari. vbi per illum text. ibi Raynerius de Forliuio, allegando S. Thomam tenet, quod frater existens in religione potest illam exire pro alendo fratre: ergo a fortiori dicendum est posse exire pro alendo patre.

Et non obstat text. in. l. minime. ff. de religio. & sump. sune. quia ille text. loquitur in patre contra patriam veniente: quo casu procedit alia opinio secundum Angel. in d. §. si uero facit etiam text. in l. veluti. ff. de iusti. & iure. vbi probatur, nos primum patriæ nasci, & potius patriæ quam parentibus tenemur obedire ergo si pater alias deliquerit, licet patria eum hostem iudicauerit, si non uenerit contra patriam, non licet filio eum interficere. Ita Fortu. Garcia in d. l. veluti. numero. 17. & 18. ff. de iustitia & iure. Gome. in. §. rursus, numero. 22. Institu. de actio. & ita debent concordari opiniones adductæ in 8. ampliatione huius regulæ. Nec obstat text. in d. capitu. j. de pace tenen. quia ibi ponitur ius speciale. & sic ad consequentiam trahi non debet. l. ius singulare. ff. de legibus.

Ex quo apparet veram non esse opinionem Ioann. Crot. in l. si costante. col. xxij. ff. sol matri. vbi dicit, quod licet alias vxor marito absenti teneatur mittere alimenta, non tamen tenetur si sit bannitus, allegat te: in l. amissione. in §. qui defficiũ. ff. de capitis. diminutio.

Quem

Quem sequitur Marcus Mantua, in d l. veluti. in j. col. cum contrarium, ut supra dixi, teneat expresse Bartol. in d. l. si constante. Et sic ex supradictis omnibus concludunt, quod licet aliquis sit bannitus, nihilominus alimenta petere potest ab his, qui de iure, maxime naturali, eum alimentare tenẽtur, & ultra supra dicta, hanc opinionem tenet Ioan. Iacobus de Leonardis, in consi. cxiiij. nu. 417. inter consilia Alberti Bruni Pala. Ru. in l. iiij. Tauri. nume. 14. Hodie autem de iure nostro regio quis dicatur bannitus, & qua pœna debeat puniri, vide l. j. titu. xvij. lib. iiij. fori. & l. iiij. titu. xiij. libro viij. ordi. & in l. xlviij. styli. quod tamen intellige seruata forma. l. lxxvij. Tauri.

REGVLA LXIX.

BASTARDI non dicuntur nobiles, nec notabilitas patris in eos descendit. Hanc regulam ponit Bartol. in l. j. nu. 50. C. de dignitа. lib. 12. Bald. in l. cum legitimæ. ff. de statu homi. vbi dicit, quod bastardi nobilium, etiam ex persona matrum non sunt nobiles. idem tenet idem Bald. in c. innotuit num. 15. de electio. & in l. cum antiquioribus. num. 8. in 8. quæstio. C. de iure deliber. Antonius de Butr. & ibi. Præpo. in 3. notab. in c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. Eandem opinionẽ tenet Bartol. in l. pronuntiatio. in. §. familiæ. ff. de verbo. signifi. & in l. tutelas ff. de capitis diminu. Floria. in l. qui testamentum. num. 11. ff. de probationib. Francis. Aret. in c. super eo. el 2. num. 11. de testib. & ibi Felin. nu. 5. idem Felin. in c. in præsẽtia. nu. 23 de proba. Guido Papa decis. ccccclxxx. Carol. Ruinus in consil. lxxvij. num. 7. volu. 3. text. & ibi gloss. in c. vnico, & ibi gloss. in verbo, liberi. in fine, de baptis. Circa quam regulam vide notabiliter Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, Raynutius de clera. nu. 30. cum seq. Idem disponitur da iure nostro regio in l. 3. tit. 15. parte 4.

Hanc regulam ponit Andræas Tiraqu. in tract. de nobiltate. c. 15. nu. 10. vbi notabiliter tractat materiam: & ibi in nu. 17. vsque ad nu. 31. ampliat eam dupliciter, & limitat etiam dupliciter. In quo est notandum. quod in j. ampliatione quam ibi ponit, dicit supra dictam regulam procedere etiam si filius sit legitimatus, quia nihilominus non dicuntur nobiles, quod de iure nostro regio hodie est correctum, imo si filius fuerit legitimatus gaudet nobilitate parentum: ita probatur in l. 9. in fin. titu. 15. parte 4. & in l. 14. Tauri, in fine. Quod tamen intelligo verum in filiis spuriis vel adulterinis, quia filii naturales tantum, etiam sine legitimatione, hodie gaudent notabilitate parentum. ita probatur in l. j. titu. 11. parte. 7. & in l. vij. in fine, titu. xxij. libro 4. fori. Est tamen notandum, quod supra dicta prima ampliatio Tiraquelli, quæ,

vt supra dixi, est correcta, per tex. in l. ix. in fi. tit. xv. par. 4. & per tex. in d. l. xij. Tauri. approbatur hodie & procedit non obstãtibus supra dictis legibus, per prag. ix. anni. 1554. in qua dispositum fuit, q̃ quandocunque aliquis filius natus fuerit ex damnato coitu, tam ex parte patris, quã ex parte matris, etiam si sint legitimati, non gaudeant nobilitate parentum, sed tenentur contribuere sicut si legitimati non essent.

REGVLA LXX.

BENEFICIVM ecclesiasticum pacifice per triennium possidens, non potest molestari in possessorio neq; in petitorio. Tex. est, qui hoc probat. in Clem. j. de sequestr. possess. & fruct. & ibj gloss. in verbo, triennio. & in regula Cãcella. de triennali possessore. Circa quã regulã vltra Gome. ibi, vide Boer in decis. xxiiij. Ioã. Igne. in repet. l. necessarius. in §. nõ alias. nu. 286. cũ seq. ff. ad senatusc. Syll.

Quam regulam amplia xxiij. modis, & limita xx. modis, vt per Pet. Rebuff. in tractatu de pacificis possesso. a nu. 3. vsque ad finẽ.

REGVLA LXXI.

BENEFICIA plura quis non potest habere, & per ademptionem secundi vacat primum. Hanc regulã probat tex. in clem. gratię. de rescrip. in c. de multa. de prẽb. & in c. j. & ij. xxj. q. j. & in c. sãctorũ. dxx. dist. & in c. quia in tantũ. & in c. ad hæc. & in c. præterea. de præb. & in c. vnic. in §. sed. & hoc. x. q. iij. Probatur de iure regio in l. iij. tit. xvj. par. j. Circa quam regulam vide Ioan. de Lignano in tract. de pluralitate benefic. nu. 1. Curiel. in tract. de pluralitate beneficiorũ, per totum. notabiliter Bern. de Luco in pract. sua crimi. c. xlij. Lamberti. in tracta iuris patr. in j. par. ij. lib. in vj. q. prin. ar. xv. August. Berous in q. lxxx. nu. 1. cum aliis. Aluarus Pelagius in lib. suo de planctu ecclesiæ. art. ix. in fi. Pau. Paris. in c. cum ecclesiasticę. nu. 5. de except. cum seq. & notab. Io. Nicol. Gimonceus in tract. de pluralitate benefic. a nu. 1. vsque ad nu. 22.

1 Amplia primo, non solum vacare beneficium, sed etiam ipso iure vacat per additionem secundi. Ita probat tex. in extrauag. Ioã. 21. quę incipit, execrabilis. in §. quia vero & ibi glo. in verbo, ipso iure. in Extrauag. communibus. in tit. de prẽben.

2 Amplia secundo, procedere etiam in dignitatibus supremis. vt in episcopatibus. c. cum in cunctis. §. cum vero de electio. & c. sicut. de excessio. prælat. & per totũ de transactione episcopi. Ita tenet Ioã. Nicol. Gimon. in d. tract. nu. 2. & notab. Lamberti. in tracta. iur. patronat. in j. par. ij. lib. in vj. q. prin. arti. 15. nu. 5. cum aliis.

3 Amplia tertio, vt procedat hęc regula in Cardinalibus. Ita tenet Abb. in c. ecclesia. el ij. nu 3. de elect. sequitur Felin. in c. ad aures. nu. 11. de rescrip. & in c. quod super his. de fide instrumen. quam opi-

nionem

nionem per plura tenet Gome.in prooemio regularum Cancella.q. 4.vers..ex quo infertur. & in regula de impetrando beneficia vacantia per obitum Cardinalis.q.12.

4 Amplia quarto,procedere etiam in aliis inferioribus dignitatibus,vt in diaconatu & archidiaconatu,& similibus:vt in c.sicut de excess.pręla.et in d.c.de multa.de præben.& in d.extraua. Ioā. 22.in §.quibus.& in Clem.quia regulares.de supplen.negli. pręla. & ita tenent doct. in c.cum singul.de præb.domi.in c.gratia quam. de rescrip.lib.vj. Ioā.de Im.in d.Cle.gratię.nu.12.de rescript.Abbas in repet.c.extirpandę.§.quia vero.nu.30.de præben. Lapus in alleg.116.nu.2.Feder.de Senis,consi.120.& cxxxv. & clv. Bernar.de Luco in d.c.42.pag.73.Ioan. Coras. in trastatu de sacerdotibus in 1.par.c.x.nu.5.

5 Amplia quinto, procedere in beneficiis simplicibus, vniformibus sub vno, eodemq; tecto: nam & in his est prohibita pluralitas. c.literas.de concessio.pręben. & Clem. fin. de præbend. vt si quis velit habere duos canonicatus.vel duas præbendas in vna ecclesia,non potest per dicta iura:etiam si vna illarum sit connexa dignitati:per text.cum gloss.in d.Clem.fin. Neque episcopus in hoc casu potest dispensare,scdm eandem gloss.oommuniter approbatā, iunctis quę ponit Abb.in c.literas.de concessio.pręben.nu.2.& 3. & in c. cum iam dudum.nu.9.de præben. etiam si de hoc sit consuetudo:vt tenet Cardina.in consi.53.incipiē.casus talis est.in prin. & nu.4.& in clem.vt hic in.§.illi.vero.nu.18. de ætat. & qualita. & ibi Ioan.de Imo.nu.33. Quod tñ intelligo verum in duobus canonicatibus,vel dignitatib.quę in vna ecclesia quis non potest habere,nec valet consuetudo: sed hodie de consuetudine, potest quis habere in vna ecclesia duo beneficia simplicia,scilicet,dignitatem & canonicatum: quę quidem consuetudo valet.tex. & ibi gl.in c. j.in verbo,nisi vnicum.de consuetu.lib.vj.& in c.super eo. in glo. fi.de præb.lib.vj.facit text.in c.eam te.de rescri.& ita tenet Paul. Paris.in 4.vol.consi.4.nu.15.notabiliter Lamber.in tracta.iuris patro.in j.par.2.lib.artic.xv.7.q.prin.nu.5. In quo tamen est notandum,ꝙ licet text.in d.Extrauag.execrabilis dicat,ꝙ quando quis obtinet plura beneficia ex ipso iure priuatus ab ambobus,hoc debet intelligi in beneficiis curatis:sed quando quis habet beneficium simplex,& obtinet aliud beneficium simplex,tantummodo est priuatus secundo beneficio,& potest habere primum: & sic in beneficiis simplicibus prędicta Extrauagans non habet locum. Ita notabiliter determinat Cassiador.vbi dicit, ꝙ ita in curia Romana seruatur,in decis.j.in tit.de constitut.nu.2.

6 Amplia sexto,habere locum etiam in beneficiis simplicibus, si tamen requirunt continuam residentiam de iure,vel de consuetudine,vel ex aliquo alio iure speciali: nam tunc est prohibita pluralitas beneficiorum propter possibilitatem residendi.Secnndū Innoc. in c,cum iam dudum,& in c,cum super ordinata,de pręb,ita Dom.

in c,

in c.gratia quam nu.8.de rescriptis.libr.vj.Imol.in d.Clem.gratię. nu. 12.Abb.in d.§.quia vero.nu.34.Ioan.Corasi.in tracta. sacerd. in j.par.c.v.nu.2.

Hanc regulam sic ampliatam limita vj.modis,vt per glo.in Sum ma.xxj.q.j.quam sequitur Abb.in d.§.quia vero.nu.27. quas limitationes refert Ioan.Lignia.in tract.de pluralitate benefi.nu.2.Specul.in tit.de legato.in §.dicendum.nu.7.easdem limitationes ponit l.iiij.titu.vj.par.j.

1 Vltra quas limitationes fallit primo, quando vnum beneficium non sufficit habenti:quia tunc licet ei habere plura beneficia. Arg. tex.in c.postulasti.& in c.cum adeo.de rescrip.et in c.si cui.de præben.lib.vj.& in hoc attendenda est qualitas personę: nam nobiles literati.& virtute magna præditi pluribus essent,quam alij inferioris conditionis:vt in d.c.de multa.& in d.c.sanctorum.lxx.distinc. vel quia forte habent parentes,aut consanguineos suis expensis alimentandos:quia isti pluribus ægent quã alij.Caieta.in ij.ij.q.x.art. 4.pro qua videtur tex.in c.studeat.50.distinc.glo.in c.cum adeo.in verbo,sufficientem. de rescript. dicens, ꝙ beneficium dicitur sufficiens,quando sufficit sibi & suis,id est omnibus quos quis secum habere debet necessario,secundum Abba.ibi: vel quibus iure naturę prouidere tenetur:vel quando requiritur ad suam decentiam vel honorem tot habere.argu.tex.& ibi notatorum in d.c.de mult. & ita notab. tenet Ludo.Gome.in trac.de gratiis expecta.nu.107. Chassa.in Catalo.gloriæ mundi,consideratione 39.And.Tiraq.in tract. de nobilitate.c.20.nu.10.cum aliis.Ioan.de Selua in tracta. de benefic.in j.par.q.v.nu.211.cum aliis Ioan.Nicola.Gimon.notabi.in supradicto Enchi idio sacerdotiorum,in d.tit.3. de pluralitate benefic.nu.46.cum alijs.

2 Secundo fallit,quando ex dispensatione quis habet:nam tunc potest habere plura beneficia.Tenet glo.in c.quia tantum de præben. per tex.in c.dudum.el ij.de electio.& ibi glo.in verbo retinere,& in d.c.de multa.in fin.ita etiam tenet Lambert.vbi notabi.hoc declarat,in d.j.par.ij.lib.arti.xv.q.7.prin. Albertus Trotius.in trac. de vero & perfecto clerico,in 2.par.c.xlv.requisito.vj.Villadiego.in tract.de lega.q.14.nu.117.

3 Tertio limita,quando non reperiuntur alii idonei in tota diœcesi quia tunc potest quis habere beneficia illius diœcesis quę aliis erãt conferenda.Ita tenet Hostien. quem sequuntur ibi Docto.in c.graue de præben.

4 Quarto fallit, quando vnum beneficium est curatum in habitu & potentia,et aliud est curatum in actu:quia tunc ex quo non sunt ambo in actu curata,potest quis retinere duo beneficia donec alterũ reducatur ad actum.Ita tenet Abb.vbi allegat alios doc.in c de multa.nu.24.de præb. Pro qua opinione est gl.in c.licet Canon.in verbo,parrochialis.de electio.lib.vj.volens, ꝙ dispositio loquens in ecclesia curata,non habeat locum in illa quæ aliquando habuit

parrochianos,

parrochianos, nunc autem desinit habere. idem vult glo. in verbo collegiatas. in c. statutum de electio. lib. vj. pro qua opin. est text. in c. pastoralis. vij. q. j. licet Inno. in d. c. de multa. quē sequitur ibi Card. in princ. nu. 2. vers. iij. quæro. contrarium teneat.

Quinto limita, non habere locum in beneficio simul cum præstimonio, vel pensione non concessa in titulum, quæ potest simul reneri; Secundum Imol. in d. Clem. gratiæ. de rescript. nu. 20. Curiel in tract. de plurali. benefic. in fi. in v. cōclusione arg. tex. in c. postulasti. de rescrip. Et circa hanc regulam vltra supradictum casum, alios in quibus beneficium in iure nostro vacare dicitur. vltra Ioā. Corasi. in allega. tract. sacerdotiorum. in iij. par. c. vj. & Ioā. Franc. de Paulnis in tract. de offi. & potesta. c. sede vacan. in vij. prælud. xxxiij. casus per Petr. Rebuff. in glo. ad concorda. in Rubrica de Regia ad prælaturas nominatione facienda. in §. monasteriis. pag. 106. col. ij. in glo. in verbo, vacantibus cum tribus seq.

REGVLA LXXII.

BENEFICIA sunt instituta, et ordinata a iure positiuo, & nō a iure diuino. Probatur in c. j. iuncta gl. in xiij. q. j. vbi Dionysius Papa fuit inuentor, & diuisor ecclesiarum parrochialium, facit text. in c. pastoralis. de his quæ fiunt a præla. & probatur in c. ij. de præben. lib. vj. & in c. j. vt lite pendē. vbi dicitur, q̄ Papa habet plenariam potestatem in beneficiis. per text. in c. proposuit de concess. præben. secus esset si essent ordinata de iure diuino: quia tunc non haberet ordinariam potestatem. c. sunt quidam. xxv. q. j. Hanc opinionem tenet Abb. in c. cum olim. per illum text. de constitu. in repeti. c. extirpandę. in §. quia vero, de præbend. nu. 2. & in c. constitutus. nu. 13. de religio. domi. & in disput. incip. episcopus. col. ij. per text. in c. j. xxij. dist. vbi Papa instituit archiepiscopos, & alios in dignitate constitutos. facit etiam text. in c. in illis. lxxx. distinct. Hanc opinionem tenet Ioan. de Selua, in trac. de beneficio. in j. par. q. iiij. nu. 22. Petrus Rebuff. in gl. ad concordata, in Rubr. de constitutio. pag. 34. col. ij. in gl. in verbo, parrochias. & ita communiter teneri dicit Christo. Iacobatius, in suo lib. 4. de concilio. artic. 4. pag. ccxxix. col. 2.

1 Amplia primo, habere locum in beneficiis regularibus: quia beneficia regularia habuerunt ortum & originem a iure positiuo. Per text. in c. cum de beneficio. de præbē. li. vj. facit etiam text. in c. ad monesterium. de stat. monacho. vers. nec alicui & in Clem. ne in agro §. cæterum. eo. tit. tex. in c. inter quatuor. de reli. domi. inductis vt per Seluam in d. 4. par. nu. 28. qui tenet hanc opin.

1 Fallit in dignitate Episcopali, quæ dicitur instituta & ordinata de iure diuino: quia Episcopi successerunt in locum Apostolorum vt in c. in nouo. vers. ipsis quoque xxj. distin. et in Clem. si quis suadente. §. nec super vers. Episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi legati

legati.de pœn.& episcopatus ante Christi aduẽtum erat ordinatus: vt in psalmo 118.fiaut eius dies pauci,& episcopatum.etc. Et hanc opin.per plura tenet Barb.in ttact.de prestã.Cardina.in j.part.q.j. nu.8.Selua in trac.de beneficio in d.iiij,par.nu.29.facit gl.in procæ. Sexti.in verb.episcopus. vbi dicit, quod in ecclesia Dei nullus est maior ordo.quã sequitur Chassa.in Cata.Gloriæ mundi.in iiij.par. considerat xxv.

2 Secundo limita, non habere locũ in Archiepiscopatibus,& aliis superioribus dignitatibus quæ sunt institutę de iure diuino, non autem de iure positiuo.c.j.lxxx.distinct.& c.j.xcix.distinc. Facit, quia Archiepiscopatus est maior drgnitas quam Episcopatus.c.placuit.xxix.distin.& sic dicitur Archiepiscopus, ab archos,quod est princeps, quasi princeps apostolorum, vt concludit Iacoba. in suo lib.de concilio:artic.xxij.pagi.xxxj.colũ.ij.facit tex.in c.cleros. 22.distinct.

3 Tertio limita, non habere locum in Cardinalatu quia est de iure diuino,non autem positiuo.c.per venerabilem.§.rationibus. qui filij sunt)legit.& ita cõcludit Barba.vbi supra in prin.& in nu.35. & notab.Iacobatius in suo lib.de concilio,lib.j.artı.xij.pag.xxxiij. cum seq.vbi in pag,39.enumerat priuilegia Cardinalium.

4 Quarto limita, non habere locum in papatu, quia est de iure diuino,non autem de iure positiuo. Patet, quia cum Redemptor noster a nobis sua corporali prętentia decedere decreuisset,suum vicarium,& ecclesię pastorem Beatum Petrum summum Pontificem, & post eum quemcunque successorem dimisit, vt gregis periculis occurrere posset:quia Christus ante mortem suam dixit Petro, Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris, &c. vt habetur Matthei 16.c.& in c.in nouo.xxj. dist. & in c. quodcunque.xxiiij.q.j.& in c.solitæ. de maior. & obedien. & ipse est qui tenet vices Christi.c.ad apostolicæ.de re iudic. cap.pro humani. de homic.lib.vj.& sic non puri hominis,sed veri Dei vices in terris gerit.c.licet,& ibi Doct.de transla.episco.& c.fœlicio.l.distin. glo.in c.ita Dominus.xix.distin. Circa quam limitationem vide notab.Iacobatium in lib.suo vij.de concilio.ar.v.pag.463. Ferdinan.Loaz.in tract. de matrimonio Regis Angliæ.in ij. dubio, in primo fundamento pro parte affirmatiua:nu. 9. Chassanę. in Catalog.Glorię mundi:in iiij.par.consideration.

REGVLA LXXIII.

Beneficivm concessum principali,trahitur ad augmentũ: vt in decimis ecclesiæ concessis, & in aliis multis. Hęc regula probatur in c.quia circa de priuileg. vbi priuilegium concessum ecclesię super decimis Episcopalibus retinẽdis,extenditur ad prędia post concessionem priuilegij quęsita, & superaddita.

Hanc regulam, vbi tractat eius materiam, ponit Albertus B
nus in tract.de augmento, in concluſ.ix.nu.j.cum aliis. et in nu
cum ſeq. limitat eam tripliciter. & in concluſione xiij.poſſunt co
gi aliæ limitatio, ad hanc regulam, & alia circa eius materiam.

REGVLA LXXIIII.

BONA poſsidens in alieno territorio, & non ſub eadem iuri
dictione ſub qua conuenitur, non relenatur a ſatiſdatione. Ha
regulam ponit gl.in l.multis.in verbo, at iuratorum cautione in l
C.de princip.egen.in reb.lib.xij.Quam gl.ſequitur Bal.in l.ſcie
dum.nu.2.in fi.ff.qui ſatiſdatio.cogan. & ibi Iaſ.in nume.2.in ver
fallen.idem Iaſ. in d.l.ſciendum.in §.j.nu.1. & in l.filius familia
nu.7.eod.tit.pro qua opinione eſt text.in d. l. ſciendum. in §. po
ſeſſor.el j.innċta gl.ibi, vbi tex.dicit, qui in agro, vel ciuitate rē ſi
poſsidet. & ibi gl.dicit, in agro, ſcilicet in villa. Hanc regu. vi
notabiliter eam declarat, ponit Roderi. Xuarez in l.ij.titu. {de lo
emplazamientos.} lib. ij.fori.fol.176.col.iij.verſi. vlterius quæri
tur, nu.1, vbi in nu.6.cum ſeq. limitat eam quinque modis.

REGVLA LXXVI.

BONVS quilibet præſumitur. Hanc regulam probat text.i
c.dudum.de præſumpt.gl.in c.j. in verbo exiſtimare.de ſcrutt.in
l.cum pater.in §. rogo.ff.de legat.ij. & hęc eſt preſumptio naturæ
quia naturaliter quilibet eſt bonus, ſecundum gl.in l.fi.C.quod me
cau.ita tenet Iaco.de Belloui.per illum tex.in l. omni modo.C. de
inoffic.teſtam.Ang.in l.ſciendum.in fi.ff.de verbor.oblig. Hippol
in l.j.nu.67, C.de ſica. Hanc regulam ponit Soc.cum vnica am
pliatione in reg.xxxix.& Bernar.de Luco.in regu.lxiiij. cū 4.l
mita.referens ſe ad Fel.in d.c.dudum.a nu.11. vſq; ad nu.16.

1 Limita primo hanc regulam vltra eum, quãdo agitur de aliqua
promouendo, quia tunc integritas non præſumitur, ſed debet adhi
beri aliqualis informatio. Ita tenet Card.in cle.j.in ij.notab.de con
ceſsio.præben.quęm ſequitur Felin.in c.cum in iure nu.3. de offic.
delegat. circa quam limitationem vide And. Alciat. in tract. de
præſumpt.in iij.regu.preſumpt.ij.

2 Secundo limita, non habere locum quo ad facultates. Secundum
glo.communiter approbatam, in l.ſi vero. in §. qui pro rei qualita
te.in verbo, dubitetur.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi Iaſ.nu.15.

3 Tertio fallit, quando contra eum eſſet aliqua infamia vel præ
ſumptio: quia tunc oportet illam purgare. Vt per totum.ij.q.v.&
per totum.de purga.canoni. Facit ad hoc quod notatur in l. qui ha
raſſe.in §.quid tamen.ff.de iureiurand.quod notat Bernard.de Lu
co in regu. cxl.

4 Quarto limita, nam licet ſit verum q̃ quis preſumatur bonus, ni
tamen præſumitur optimus: & propterea ſi ſtatutum requirat al
probatio-

probationem alicuius negotij testes optimos seu optimæ opinionis, debet illa qualitas articulari & probari. Secundum Angel. in l. ij. in .§. diem. ff. quemad. testa. aperian. quam opinionem sequitur Hippol. in sing. clxxxvij. & hanc dicit veram & communem Alciat. in d. præsumpt. ij. nu. 9.

REGVLA LXXVI.

BONA præsentia & futura, in generali obligatione, & hypotheca bonorum continentur. Hanc regulam probat text. in l. fin. C. quæ res pigno. obliga. possunt.

Amplia hanc regulam vij. modis, & limita ix. modis: vt per Anto de Fano in tracta. de pignori. in ij. par. princ. in ij. membro: a nu. 1. vsque ad nume. fin.

INCIPIT LITERA C.

REGVLA LXXVII.

CANONICAM institutionem in beneficialibus vnusquisque probare tenetur. Hanc regulam probat gloss. in c. ex insinuatione. in glo. fin. de procurato. Ratio est, quia beneficium non est tenendum sine canonica institutione: vt in c. vni. vt eccles. benefi. & in regula beneficium. de regu. iur. lib. 6. Et licet quis non teneatur docere titulum suæ possessionis. l. cogi. C. de petitione hæredita. tamen in beneficialibus hoc locum non habet. c. ordinarij. de offic. ord. lib. vj. per quem text. ita tenet Abb. in c. licet heli. de Simo. nu. 22. quem sequitur Iacobi. de S. Ceorg. in l. quidam quasi. nu. 6. ff. de probatio. & quia sola possessio in beneficialibus non sufficit, nisi adsit canonica institutio. c. ex frequentibus. de institu. & debet habere literas suæ institutionis: vt in c. legum. ij. q. j. Et circa istam regulam vide Gome. in regula de triennali possessore. q. xlij. Lamberti. in tracta. iuris patro. in iij. par. ij. lib. arti. ij. q. iij.

Hanc regulam limita quinque modis, vt per Ioann. de Selua tracta. de beneficio: in iij. par. q. xxv. per totum.

REGVLA LXXVIII.

CANONICVS regularis non potest esse delegatus Papæ. Hanc regulam ponit Archidiaco. et Ioan. And. in c. statutum. de rescript. lib. vj. & ibi Domi. in j. q. Ratio est, quia talis canonicus de iure antiquo prohibetur esse iudex. c. de præsentium. & ibi glo. xvj. q. j. Facit ratio c. j. de syndico. & c. ij. de postula. quam opinionem dicit esse communem Gome. in d. c. statutum. nu. 32. licet Abb. in c. causam quę el j. de iudic. teneat contrarium, cum quo ipse Gome. ibi tenet.

Hãc regulam amplia vno modo: vt per Gome. in d. c. statutum. nu. 32. & limita vj. modis, vt per eundem ibi, a nume. 48. vsque ad nume. 57.

REGVLA LXXIX.

CANONES abrogati obseruandi non sunt. Hanc regulam ponit glo. in c. j. in verbo, statuta. de constitu. & ibi glo. allegat iura hanc regulam probantia.

1 Amplia primo, vt etiam procedat in statuto correcto. Tenet Bal. in j. constitu. C. in. §. quibus. nu. 2. Bart. in l. omnes populi. nu. 68. ff. de iustit. & iur. quos sequitur Gome. in. §. in personam. nu. 17. Insti. de actioni.

2 Amplia secundo, ꝙ tales leges vel canones correcti non debẽt inferri in corpore Iuris. Ita tenet Christopho. Porc. per illum text. in. §. sed neque nu. 1. Insti. de testa. Quod tamen intellige, & declara vt per Marc. Anto. Baueri. ibi. nu. 5.

3 Tertio amplia, etiam si quis iurauerit seruare illud statutũ: quia si postea abrogetur nõ tenebitur illud obseruare. Tenet. Bal. in prę lu. feud. nu. 15. cum statutum correctum non sit amplius statutum.

4 Quarto amplia, vt non solum non debeat obseruari talis lex correcta, sed neq etiam reformationes circa eas factę obseruari debẽt, vt tenet Barba. in d. c. j. de constitu. per text. in l. vni. in princ. C. de latina liber. tollen.

5 Quinto amplia, etiam si Canon, vel lex non esset correcta: sed si non esset recepta a subditis. Ita tenet Aret. in con. liiij. quẽ sequitur Anto Baueria, in rubr. Insti. de testam. nu. 11.

6 Amplia sexto, vt non solum procedat in canone, vel in L. correcta: sed etiam in Canone, vel in Lege antiqua per desuetudinem antiquata: Ita per plura fundamenta concludit Io. Igne. in Repe. l. necessarius. in §. non alias. nu. 122. ff. ad Syl. Et intra quantum tẽpus pręscribatur contra legem per contrarium vsum, vide Docto. in c. j. de treuga & pace. cum aliis allegatis per Bald. in tracta. prę-

scriptio.

scriptio.in 5.par.v.partis princip.quæst.x.Anto. Baueriam in d.rubri.de testam.num.11.Et quando lex tollatur per non vsum, vide vltra loca ordinaria Matth.de Afflict.in tract.de iure protomiseos, c.j.§.scriptum.in j.notab. ad finem.

7 Amplia septimo,vt non solum non debeant obseruari, verum ēt quod allegari non debeant, nec ex eis arguendum sit.l. fin. & ibi Bar.ff.de fur.Arch.in c.frequens.de rest.spoli.in 6.gl.in c. nouit.in verbo quicunqne. de iudi. & ibi docto. Quam ampliationē limita 7.modis, vt per Socin.in regu.ccxxx. Alias 7.limitationes ponit Mar.Anto.Baueria in allegata ru.Inst.de testa.nu.9. Alias ponit Feli.in c.j.de constit.& in c.fraternitatis.de hære.nu. 2. vbi ponit 4.limit.ad hanc ampliationem.Iaf.etiam in.§.in personam nu.18. Institu.de act.& ibi Gomez.nu.17.

8 Amplia octauo,vt procedat in tantum quod illa qui vtitur cōstitutione abrogata vel lege incidat in pœnam falsi. Probat text.in l.ff.iuncta gl.j.ibi,& ibi Bart.ff.de falsi.

Quam octauam ampliationem limita primo, quando ex talī allegatione legis nemini fieret præiudicium.Ita declarat Gome.in d.§.in personam.nu.17.Instit.de act.facit tex.in l. damnus. C. de falsi.qui ,pbat,q falsū nemini nocens nō est punibile. Circa quam l.vide eundem Gome.in §.ex maleficiis nu.18. instit. de actio.

Secundo fallit supra dicta ampliatio,vt non procedat quando talis allegatio fieret sine dolo, quia ex ea quis non punitur crimine falsi.Tenet. Gome.in d.§.ex maleficiis. nu. 19. facit tex.in l.neq; exemplum C.de fal.vbi probatur,q falsum quod committitur sine dolo non est punibile.& ita tenet Bar.in l.quid sit falsum,ff.de fal. Io.de Imo.in consi.31,nu.2. & in consi. 104. nu. 1.

9 Porro supradictam principalem regulā limita primo, quandocū quæ lex vel Canon.correctus,esset correctus in parte, & non in totum:quia in parte non correcta seruari debet. Ira concludit. Deci. in c.j.in j.lect. nu. 37. de constitu.

REGVLA LXXX.

Canonici ecclesiarum Cathedralium ad Synodum Epī scopi non tenentur venire: quia Canonicatus dicitur simplex beneficium,& Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus,ut no.Panor. in c.nouum genus.nu.8.de decim. Hanc regulam ponit Henr. Bothæus.in tract.de Synodo episcopi,in 2.par.nu.22. Pro qua regula facit,quod no.gl.ibi Card.in 3.nota.nu.2.& Abb. notab. j. Fel. nu.1.in c.quod super his,de maio.& obed.

1 Amplia primo,non solum procedere in Canonicis ecclesiarū cathedralium,verū ēt in canonicis ecclesiarū collegialium,cum non solū isti canonici ecclesiarū collegialiū dicātur habere sīplicia beneficia,sed etiā dicuntur clerici secundi gradus.Secūdum Domi.de S.Gemin.& Car.Alex.in c.episi,17,dist,nu,3,cū valeat argumen-

tum.de maiori ad minus negatiue.vt in gl.in verbo,fortius in c.ei in cunctis.& ibi doct.de elect.& in Auth. multo magis. C. de sac. san.eccle.Facit,quia canonici ecclesiarum collegialium nõ vocan tur ad cõciliũ prouinciale.vt not.Car.in c.fi.in.j.nota. de his que fiunt a prela.Canonici vero ecclesiarũ cathedralũ vocãtur,vt ibi.

Hanc regulam limita 7.modis,vt per Henr.Bothæum in d,tract. de Synodo Episcopi,in 2.par.a nu.23.vsq; ad nu.30.

REGVLA LXXXI.

CARDINALES ex consuetudine habent priuilegium, vt possint liberare damnatũ ad mortem, dum ducitur ad supplicium.

Hanc regu.ponit Bal.in l.addictos.in fi.C.de appell.quem sequi tur ibi Pau.& Sali.eandem opinionem Bal.sequitur Cæpo.in cas. j.in prin.Chassa.in cõsue.Burgun.in tit.{Des iustices}. rub.j.§.v. nu.101,col.3.fo.51.Catellia.Cotta in memorali.iuris,in verbo,Car din.Corsettus in sing.incip.Car.Hippol.in sing.272. Ludo.Gom. in.§.pænales nu.50.Insti.de act. Ias.in l.j.nu.2.C. ne liceat potes tio.Fel.in c.quærenti.nu.6.de offi.deleg.

Hanc regulam limitat. vi. modis And. Barb. in tracta. de prę stant,Cardi.in j.par.quæst.ix.nu.1. cum aliis.

REGVLA LXXXII.

CAVSA cessante cessat effectus. c. cum cessante.de appell. c. magne in princ.de voto.l.generaliter.C.de epis.& cleri.l. adigere §.quamuis.ff.de iure patro.Circa quam regu.vide Alc.in l.j. ff.de verb.signifi.fol.7.in fi. Deci.in consil. xxiiij. nu.1. Ias.in l. quod dictum nu.2.ff.de pact.& notab.in l.j.nu.6.ff.de officio eius.

Hanc regulam ponit cum quinq; limitationib.Deci.in d. c. cum cessante nu.1.eandemmet regulam.ponit. And. Tiraquel.in tract.de cau.cess.vbi in j.par.tract.notab.materiam:& in 2.par,a prin,vsq; ad finem limitat eam xl.modis.

REGVLA LXXXIII.

CAVSAE a sede Apostolica debent cõmitti personis existẽ tibus in dignitate.Hanc regulam probat tex.in c.statutum.in prin. de rescript.lib.6.& ibi glo.& in Cle.2.de rescr.et ita tenet Abb.in c.suspitionis.nu.9.de offi.deleg. Alex.in consi.77. nu.5. vol. 2.& in rub.ff.de offi.eius.nu.3.& ibi Ias.nu.5.Sebast. Vantius.in tract. de nullita.senten.in rubri.x.de nullita.ex defect.iurisd.deleg.pag. 177.nu.66 cum sequen.

Hanc regulã ponit Ludo.Gome.in d.c.statutũ.nu. 60.in fi.vbi vsq; ad nu.78.eam ampliat nouẽ modis,Et a nu.78.vsq; ad nu.85. limitat

limitat eã 4.modis, posteaponit alias xcix, in proposito, vsq; ad nume.89.

REGVLA LXXXIIII.

CAVSA, quæ terminatur per testimonium vnius, est nulla, quamuis testimonium sit legitimum. Hanc regu.ponit tex.in c.licet vniuersis.& in c.licet ex quadam.de testib.& tex.in l. iurisiurandi.C.eo.tit.De iure regio.l.32.ti.16.par.3. Circa hanc regu.vide gl.in c.tanta in verbo.filius. lxxxvj.dest in. Abb.& doct.in c. proposuisti nu.1.de prob. Ant.& Cano.in c.veniens el j.de testib. Ias. in l.j.§.si absens nu.9.ff.si ex noxa.causa aga. Hippo.in.sing.cxij. Lud Gom.in.§.in personã nu.23.&.24.Instit.de act.Bar.de Chass. in consue.Burgun.in ti.{ Des iustices }Reg.j.§. vi.fol. 69. col.1. nu.1.cum aliis.

Hanc regu.vbi eam duplicit er limitat. ponit Soc. in Reg. 423. Et circa primã limitationẽ per eũ ibi positamvide Bern.de Luco qui cũ ea dicit esse com. opi. & sublimitat vno modo in reg. 747.

Hanc regu.limitat sex.modis,vt per Io.de Pla. in l.semel.nu.3. C.de re milit.lib.xij. Viginti duas fallentias ad hanc regulã ponit Bonifa.de Vitali.in tract.maleficio.in tit.de probatio & quod sunt genera probat.nu.18.Et triginta fallentias ad hanc regulam ponit Spec.in tit.de teste.§.restat.nu.7.vsq; ad nu.12.& in princi.vsque ad nu.7.ponit.viginti casus in quibus requiruntur plures quam duo testes. Alios quam plures casus, in quibus vni testi creditur, vide per Iaso,in repet.l.admonendi nu.187.cũ aliis.ff.de iureiuran.

REGVLA LXXXV.

CAVSAE de partibus,in quibus extitit appellatum ad Papam non dicuntur ad Curiam deuolute, nec in ea necessario tractãdæ,sed in partibus remittendæ sunt. Hæc reg.probator in c.interposita.& in c.cordi.§.post. hæc. de appella. Hanc eandem regulam per tex.ibi,ponit Francus in c.sæpe nume.25.de appell.& in c.Nicolao.nu.5.eo.ti prepost.in d.c.sæpe nu.1.& 15.& Rota in deci.1. in nu.2.titu.de elect.in nou. secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in deci.38.

1 Limita primo, vt non procedat in causis maioribus. de quibus in c. quod translationem. de offi. lega. & in causis beneficialibus ac spiritualibus,quæ de sui natura in Romana Curia tractãdæ sunt,in quibus siue appalletur in partibus,siue a principio causę huiusmodi inchoentur,in Curiam dicũtur in bene deuolutæ,& ad partes non sunt vllo modo remittendæ. Probatur in c.quamuis. & in c.i.& in c.cupiẽtes.de elect.lib.6.& in Clem.causam eo.ti.& in c. vt debitus.de appell.in fi.glo.in cap.1.in verb.deuoluta de supplẽ. negli.prelat.lib.6.Hanc limita.ponunt Rota,in decisio.1.nume.2.

Franſc. in d.c.ſæpe.nu.25.& ibi Præpoſi. nume.16.

2 Limita ſecundo, in cauſis clericorum, & aliarum perſonarum ec-
cleſiaſticarum: quia tales per viam appellationis ad Papam cũ ne-
gocio principali & acceſſorio de facili, & quaſi naturaliter deuol-
uuntur: vt eſt tex. in c. dilectis filiis. circa fin. ibi, ex parte decani,
cui etiam officialis duxerat deferendum &c. de appell. & non lo-
quitur in cauſa beneficiali.

3 Tertio limita non procedere, quando appellatum fuit a grauami-
ne, & cauſa commiſſa in Curia cõſtitit. legitime appellatum, quia
tunc cognitio totius principalis negocij cẽſetur deuoluta, & in Cu-
ria eſt tractanda. c. vt debitus. de appella. Imo etiam quod pronun-
tiaretur male appellatũ, nihilominus cauſa huiuſmodi quo ad prin-
cipale negotium in Curia remanet: quia propter appoſitionem ma-
nus Papæ, & ex antiquo ſtylo ipſius Curiæ cauſa ſemel in ea com-
miſſa non exiit. nec vlterius ad partes remittitur: vt inquit Rota
in deciſi. 3. & in deciſi. 43. in titu. de appellatio. in nouis, ſecundum
nouam impreſsionem, & ſecundum antiquam in deciſi. xj. & in de-
ciſi. cccxxj. & in d. deciſi. j. in tit. de elec. Bal. in l. ſi vt proponis nu.
16. C. quomo. & quando iud. Feli. in. c. quoniam Abbas. nu. fina. in
fine, de offi. de leg. Abb. in c. Nicolao. nu. 6. de appell. Deci. in cõſi.
689. nume. 13. Et propterea licet appellatio deferetur, nihilominus
negotium ſemel deuolutum non tollitur, nec reuocatur per defer-
tionem. ita Rota in deciſio. 17. in titu. de appella. in nou. ſecundum
nouam impreſsionem: & ſecundum antiquam in deciſi. 114. Aegi-
dius. Bellam. in deciſio. 520. quamuis ad effectum, ut Auditor appel-
latione deſerta in negotio principali cognoſcere poſsit, foret ne-
ceſſaria ſpecialis commiſsio, ſecundum Domin. de Rot. in d. deciſi.
xvij. & in deciſio. ſecunda, & in deciſio. lxj. in titu. de appella. in
antiquis ſecundum nouam impreſsionem, & ſecundum antiquam in
deciſio. quinta, & deciſio. 604. Gome. in regula de trienn. poſſeſſ.
qõ. liiij. Quod intellige niſi ex aliqua rationabili cauſa ipſi Pa-
pæ aliter viſum fuerit, ſcilicet ſi cauſa modici momenti fuerit, ſeu
Pauperum vel miſerabiliũ perſonarũ quę expenſas quę fiunt. in Cu-
ria pati non poſſent: nam is natura mouetur ad miſerendum, vt
iuquit Io. And. in c. ſignificantibus. de officio dele. facit tex. ſin c. j.
in fi. de poſtul. quæ in præpoſito notabiliter adducit Ioan. Staphi-
læus in tract. da. gratiis expectati. in c. de reſcrip. in forma breuiũ,
incip. poſt commiſsione. nu. 55.

4 Quarto limita, ſi ligatores fuerint in Romana Curia præſentes,
quia tunc altero ex ipſis litem mouente, dubitandum non eſt quin
cauſa ſit in Romana Curia tractanda, quia Roma eſt commu-
nis patria, vt in l. Roma. ff. ad municipa. Ita tenet. Rot. in deciſi.
xix. & in deciſi. 21. in deciſi. de Biſigne, ſub ti. de appel. facit gl. in
c. j. de appel. in vj.

5 Quinto limita, in cauſis in Romana Curia ex ſpeciali mandato
Papæ commiſsis, cũ iſto caſu de deuolutione minus ſit dubitandũ,

&

& nunquid causa sit in Curia tractanda post quam de speciali mandato Papæ constat, quia huiusmodi specialis commissio saris deuoluit. Vt est decisio. Domi. de Rota 6. in titu. de dolo & contu. in nouis secundum nouam impressionem, & secundum anti. 169. Aegid. de Bella. in deci. 676. de quo vide Cassiadorum in deci. 2. in fin. titu. de procura.

6 Sexto limita, si a sententia definitiua fuerit ad Papam appellatum cum isto casu, si iudex non defert. deferant iura l. quoniam iudices. C. de appella. l. si cuius. C. de appella. recipien. & in Auth. de iudici. in §. nostros. colla. 6. nam ob eius reuerentiam deferenda erat. c. veniens. de iureiur. etiam si interponeretur a laicis Papæ temporaliter non subiectis, vt in c. si duobus. de appel. in fi. imo iudex non deferens puniri debet, vt in c. de priore. eod. tit. Ita tenēt Do. de Rota in deci. 50. in titu. de appel. in nouis, secuudum nouam impressi. & secundnm antiquam in decisio. 366. & in decisio. 61. in titu. de appella. in antiquis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisio. dcv. Cassiadorus, in deeisio. viij. in titu. de appella.

7 Septimo fallit, si appellatio in grauamine, vel alias quomodocūque ad Papam interposita fuisset a iudice acceptata, quia tunc per delationem, seu acceptationem huiusmodi omnis cognitio trāfundi tur in papam, & iudici taliter deferendi non est ulterius remittēda. d. c. cum appellatio ibus. de appella. in 6. licet Specul. in d. titu. de appell. in §. qualiter. nu. 15. super hoc variauerit. Istā opinionē tenet Rota in decisio. 49. eod. titu. in antiquis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decisio. 538. idem de Rota in decisio. 16. & 21. in titu. de appellat. de Bisigne. Et sufficit, quod vnus ex pluribus iudicibus deferat ad effectū illum deuoluendi, vt tenēt Rota in decisione ix. in titul. de appellatio. in illis de Bisigneto. & in decisi. lv. in titu. de appellatio. in antiquis secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisio. ccccclxix.

REGVLA LXXXVI.

CAVTIO prolata a lege, intelligitur de nuda. Hanc regulam probat tex. & ibi doct. per eum, præcipue Iason in princip. in l. sancimus. C. de verb. significa. Paul. & Alexan. & idem Iason in l. diuortio. in §. interdum. nume. 8. solut. matrimo. Hierony. Cagnol. in l. plus cautionis. nume. 7. ff. de reg. iur. Ant. Corset. in sing. incipien. cautio.

1 Amplia primo hanc regulam, vt habeat locum etiam si a testatore proferatur. d. l. sancimus. & ibi doct.

2 Amplia secundo, etiam inter contrahentes habete locum. Secundum Salic. in d. l. sancimus. notatur in l. j. C. de procur.

3 Limita primo, vbi persona esset suspecta, ut in l. diuus. & in l. cū

idem

idem.ff.de petitio.hered. & in l.fideiussor, & in l.sciendum. ff.qui satisda coga. Ita tenet Guliel.Mayne.in d. l. plus cautionis.nu.1,

2 Secundo fallit,quando lex dicit quod idonee caueatur,vel sufficienter: nam talia verba important quod cum fideiussore, vel pignore caueatur, vt in l.si mandato Titij.§.fi. ff.manda.& in l.4. §.si sub conditione.in versicui. adicij.ff.de fideicom.liberta. & in l.si debitori.ff.de iudi. Ita notabiliter tenet Iason in d. l. sancimus. nu.3.vbi sublimitat hanc limitationem 6.modis: quem refert Bernard.de Luco in rg.lxxiij.

3 Tertio limita, quando lex hoc onus iniungens esset prætoria: quia tunc intelligitur cum fideiussoribus vel pignoribus. l. j. §.iubet.ff.de colla.bonorum. & l.prætoriæ. & ibi Bartol. ff. de præto. stipulat.& ita tenet Paul.de Castr.in d.§.interdum.Salicet.in.d.l. sancimus.

4 Quarto fallit,in quadrimestri quod datur condemnatis miserationis causa, nam intelligitur datis pignoribus, vel fideiussoribus quia talis dilatio non debet esse nociua creditori, quin debeat esse cautus & securus quod ad veniente tempore sibi satisfiat.Ita notabiliter tenet Ang.de Peru.in l.debitori.nu. 2. ff. de iudi. vbi dicit ita se vidisse practicari.Eandem opinionem, licet de eo mentionē non faciat,tenet ibi Iacobi de S.Georg.nu.8.istam opionionem tenet idem Angel.in l.in omnibus. nu.2. eo.tit. de iudi. quē sequitur Guliel.Mayneri.in d.l.plus cautionis.nu.2.

5 Quinto fallit,in principe dante rescriptum. vt in l. vniuersa. C. de præci.Impera.offeren. Nam si princeps dat alicui priuilegium, ne possit molestari intra annum a suis creditoribus, debet intelligi, dummodo ille cui est concessum satisdet de soluendo post terminum tenet Bald.in d.§.interdum. Paul.de Castr. in d.l. in omnibus. Abb.in c quod ad consultationem. nu.22. de re iud.Hanc opi. tenet Iacob.de S.Geor.vbi dicit se ita in quæstione facti practicari fecisse in d.l. debitori.nu.11.Quod tamen intelligo verum, quandocunque talis satisdatio petitur a parte, alias ipse non tenetur.ista est glo.notabi.quam ibi sequitur Paul.de Castr. vbi dicit ita secundum eam practicasse in Ciuitate Paduæ,in d.l. vniuersa. Eandem gloss.sequitur ibi Ias. & Aene. Fal. in addi. ab Abb. in d. c. quod ad consultationem.nu.22.

REGVLA LXXXVII.

Cessio debiti potest a patre in filio scolastico fieri. Hanc regu.ponit Angel.in l. j. nu.22.in fi. ff. de solu. matri. & ibi Bald. nu.8.in 5.col.& Raph.Cuma.nu.14.Ludo.Rom.in l. donationis; in.§.pater,nume.4.ff.de dona. & in l. si donatione.nu.8. C.de collat.Ioannes de Grasis in tract.de cessione iu,& actio.§.3. nu.3.Iacobi,

cobi.de Sancto Georgio.in repeti.L.frater a fratre. nume. 33.ff.de condi.indebi.& in l.j.nu.62. C.ne liceat potentio. Socin. in regu. ciij.Falen.ij.Ioan Crot.in repeti.d.l.frater a fratre.col. xxiiij.fall. ix.Eandem opinionem dicit esse communem Ias.in l. j. nu. 52. ff. sol.matri.& Petrus Rebu.in tracta.de priuileg.schola.in priuil.lx. nu.2.& in priuil.lxi.dicit quod in tantum valet,quod a patre reuocari non potest.Eadem opinio approbatur hodie de iure nostro Regio in Pragma.xxv.in Pragmaticis antiquis,in vo.Pragmaticarū, fo.18.col.j.Licet contrariam opinionem teneat Ioan. de Imo.in d. l.j.nu.15.ff. solu.matri.& ibi Alex.nu.55.Bart.in l.j.in.§.neque castrense nu.3.ff.de coll.bono.Bar.Bal.& Salic,in l. filiæ cuius. C.famil.erciscun.Aret.in consil.xvij.nu.6.Ias.in l.filię licet. in princ. C.de colla.eandem opinionē tenet Guliel.Ponta.in l.j.nu.88.et ibi Franc.de Rip.nu.140.vbi dicit istā esse magis communē opinionē post.Alex.in l.in quartam.nu.22.ff.ad leg. falcid.

1 Amplia primo procedere, siue pater fuerit naturalis, & legitimus,siue naturalis tantum: quia filius et pater sunt nomina naturalia,vt in l.tutelas.ff.de capi.diminu.in l.parentes.ff.de in ius vocā. Bart.in l. pronuntiatio.in .§.familiæ.ff.de verbo.signifi.nam sicut naturalis filius admittitur ad accusandum et vindicandum mortem patris naturalis occisi,vt tenet Bar.per illum tex. in l.certis. nu.3. & in l.hos accusari.§.omnibus.nu.8.ff.de accusat.Bald. in c.de cætero.nu.2.de testib.ita cessio naturali filio fieri potest. facit tex. in l.Lucius.§.fi.ff.de le.ii.et ita tenet Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus..nu.16.ff.ad Trebel.Quod tamē intelligo verum,dum tamē prædicta cessio non excedat quintam partem bonorum patris,si habet alios filios legitimos:vt l. ix.& x. Tauri.

2 Amplia secūdo,procedere in filiis spuriis,ideo sacerdos pater potest filiis suis cedere,quia naturali vocabulo sunt pater et filius, et in vocabulis naturalibus non debet attendi rigor iuris ciuilis, nam hos etiam ius Canonicum recipit,& alere disponit,postquam in lucem emissi sunt,vt in c.cum haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam pollu.per adulte.Et de iure Regio est hodie dispositum in l. viij.tit.xij.par.iij& in d.l.ix.& x.Tauri.& quia filiorum appellatione veniunt a nobis progeniti etiā sine nuptiis,vt in l.j.in.§.ius naturale.ff.de iusti.& iu.& in .§.j.Instit.de iu.natur.licet de iure ciuili aliter sit dispositum.vt in Anth.ex complexu. C. de incest.& inuti.nupti.& in Authent.licet.C.de natura.lib.qui tam de iure Canonico quam Regio rigor.earum non seruatur. Et quia fauor studij hoc adiuuat,qui potest etiam esse in naturali & spurio, & publice vtile est vt ipsi studeant,ne vitia parentum sectentur,vt in c.vnde cunque.& in c.nasci.lvij.distin.Quod tamen etiam intelligo,vt dixi supra in prima ampliatione,

3 Tertio amplia,non solum in patre & filio in potestate, sed etiā in emancipato,quia vterque filius pater est, & naturalia iura immutari non possunt.§.sed naturalia ; Instit.de iure naturali Et do-

natio

matio facta filio studenti, ualet, siue sit in potestate, siue emancipatur: vt tenet Ang. & Iaſ. in d. l. j. ff. ſoluto matri. ergo cum donatio valeat, ceſſio etiam in facta valebit.

4 Quarto amplia, habere locum in Auo: nam patris appellatione, Auus continetur. l. iuxta. ff. de verb. ſignifi. maxime in fauorabilibus, vt hic, ſecundum Bar. in l. liberorum. nu. 2. ff. de verb. ſign. & hoc eſt fauorabile reſpectu nepotum, ergo valebit.

5 Quinto amplia, idem habere locum in Auia, cum idem ſit iudicium: & Aui nomine Auia continetur. l. j. ff. de verbo. ſignifica. Ita tenet Bal. in l. Neſennius, col. 1. ff. de nego. geſt. Bar. in l. 2. in. §. videndum. ff. ad Tertul. Alex. in conſi. 198. nu. 4. vol. 7. Deci. notabiliter in conſi. dclvi. per totum.

6 Sexto amplia, procedere etiam in matre, vt in filio ſtudenti cedere poſsit: cum ſit eadem ratio in matre, quæ in patre, & diſpoſitio loquēs in matre, eadem in patre procedit: vt in l. j. C. de reſcin. vendit. & in l. ſi pater. C. de curato. furio. Et ſicut fratris nomine venit ſoror l. tres fratres. ff. de pact. ſic & patris nomine mater, de quo vide Bal. poſt glo. ibi, in verbo, minus. in l. quiſquis. nu. 2. C. ad. legē Iuliam maieſta. Ang. in §. interdum. nu. 16. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. Alber. Bru. in tractatu Statu. in 5. artic. princ. q. 13. nu. 17. Iaſ. in l. ſi. quis id quod. nu. 1. ff. de iuriſ. omni. iudi.

7 Septimo amplia procedere regulam hanc econtrario, ſcilicet, q. filius poſsit cedere filio ſcholaſtico debitum. Ratio eſt, quia boni eſt argumentum a correlatiuis: vt in l. fin. C. de indict. vid. tollend. quod eſt ſtatutum in vno correlatiuorum, etiam in alio locum habet: vt in l. 1. & 2. ff. de cupreſ. lib. xi.

8 Octauo amplia, habere, locū in Monacho: nam Abb. & Cōuentus poſſunt cedere debitum religioſo ſi eſt: ſcholaris illius Conuentus vel monaſterij, & tunc pater dicitur cedere filio: nā monachus in iure noſtro æquiparatur filio familias. Ita tenet Bartol. in l. j. ff. de vulga. & pupilla. Et licet Innocen. in c. cum olim. nu. 4. de priuil. dicat æquiparari ſeruo: dico debere intelligi, quod debeat æquiparari filio, vel ſeruo, prout fauorabilius fuerit monaſterio. Ita notabiliter tenet Bald. in l. 1. nu. 42. C. qui ad mit. quem ſequitur Iaſon in l. 1. nu. 42. ff. de vulgari & pupil. in l. cum fundus. §. 1. nu 17. ff. ſi cert. peta. Romanus in l. is qui hæres. in §. neque filius. nu. 11. ff. de acqui. hæredi. facit quod notat Cardinalis Pariſius in c. in præſentia, nume. 206. in fin. de probatio.

1 Primo limita, non procedere in patre ſpirituali, quem patrinum uulgus vocat, is enim non cedit filio ſtudenti quem de ſacro fonte leuauit: quia verbū hoc, pater, intelligit de naturali, nō autē de ſpirituali, vt in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Doct. in Rubri. de cogna. ſpiritua. facit q. not. Guliel Benedc. in repet. c. Rainutius. in verbo, & vxorē nomine Adelaxā. nu. 76.

2 Secundo limitat, in patre adoptiuo. filii enim adoptiui nō ſunt ſui, nec inter ſuos computantur. §. cum autem. &. §. at ij. & ſeq. Inſtit. de

de hæredit. quæ ab intest. defer. & l. adoptiuum: vbi Doct. ff. de in ius vocan. & iura loquentia in patribus & filiis, non extenduntur ad adoptiuos.

3 Tertio fallit in vitrico, id est in marito matris: nec in nouerca: tū quia nec vnus est pater, nec altera mater, de quibus loquitur hęc regula: nec patris nomine venit vitricus: per text. in l. j. in fi. ff. depos. vbi sub generali parentum nomine non compræhenduntur.

4 Quarto fallit, in patre scientię, scilicet, pręceptore: quia nō potest cedere suo discipulo, licet pater & filius inuicem vocentur: vt in l. j. C. de excu. artif. lib. x. quia hæc reg. intelligit in patre naturali, tūc quia est quasi dominus bonorum paternorum. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. fi. C. de impub. & aliis substit. Marc. Anto. Bauer. in §. pater. nu. 3. & 13. Institu. de testamen.

5 Quinto limita, in patre non habere locum qui vult filio suo priuī legiari, non tamen studenti: cum hęc regula loquatur in scholasticos: ergo secus est in alio: arg. tex. in l. cum prętor. ff. de iudi.

REGVLA LXXXVIII.

Cessio regulariter in potentiorem facta est nulla. Vt in rubri. ff. de aliena. iudic. mut. causa fact. & per totum. C. ne liceat potentio. & cedens actionem punitur pœna contenta ibi. s. pœna arbitraria, & iactura causę: vt in dict. iuribus. Et vide circa hanc regulam Mar. de Man. in lib. x. obser. obseruatione xcviij. & Socin. in regu xlviij. Lud. Gozad. in consi. iij. nu. 24. & de iure Regio in l. xiij. cum seq. tit. vij. par. 3.

1 Amplia primo, habere locum hanc regulam, tam in Actore, quā in Reo. Ita tenet Alber. & alij in l. j. C. ne lice. potent. Dec. in c. j. nu. 25. de offic. deleg. Ias. in d. l. j. nu. 1. reprobata glo. in l. penu. in fi. ff. de aliena. iudi. & in rubr. C. de his qui poten. nomi. & pro opinione Docto. contra glo. est glo. in l. non solum, in verbo, in eos. ff. de aliena. iudic.

fi.C.de vſucap.pro dote. Imol.in l. Mæuia.in fi.prin.ff. ſolu.matri. Alex.in l.ſi ſocer. in fina.verbis.ff.ſout.matrim. Aret.in l.ſi diuortio.in fi.ff.ſolu.matrim.ad idem eſt tex.iuncta glo.in verbo,concubinæ.in l.iij.ff.de dona.inter vir.& vxo. vbi dicitur, ꝙ matrimonium dicitur, & maritus & vxor dicuntur, contractis dumtaxat ſponſalibus per verba de præſenti:licet nõ interueniat carnalis copula.& ſic concludit ibi glo.ꝙ ſicut prohibetur donatio inter coniuges conſtante matrimonio,ſeu inter virum & vxorem,& matrimonium non conſummatum,ex quo interuenit cõſenſus de præſenti. Et quamuis glo.ibi dixerit hoc procedere de iure canonico,tamen idem eſt de iure ciuili : vt probatur in Authen. de nupt.in.§. nuptias.& ibi glo.coll.iiij.quia ad validitatem matrimonij, nec de iure canonico,nec ciuili eſt neceſſaria traductio ad domum, nec copula carnalis,vt voluit glo.in d.l.cum te. C.de dona.ante nupt. facit tex.in l.mulierẽ.& in l.denique.ff.de ritu nup.& in l.nuptias. ff.de reg.iur. Hanc opinionem vbi allegat alios Docto. tenentes contrariam partem,tenet notab.Pala.Ruui.in rep.rub.de donatio. inter vir.& vxo.in.§.1v.nu.2.Didac.de Segura in repet.l.j.in.§.ſi vir vxori.nu.12.ff.de acquiren.poſſeſsio.Chaſſaneus in conſuetud. Burgund. in titu.{des droictz.) Rubri. iiij.§.ij. fol.133.colum.j.numero 17.

2 Amplia ſecundo,vt non valeat donatio inter coniuges conſtante matrimonio,etiam ſi index eam confirmet, ſeu decernat vt valeat.Per tex.ad hoc ſing.in l.obligationes.ff.d act. & obli.vt iuera dicit, obligationes vel actiones quæ non propriis viribus cõſiſtũt, nec officio iudicis,nec prętoris imperio, nec legis poteſtate confirmantur.et ita per illũ tex.tenet Pala.Ruui.in d.rep.rub.§.46.nu.1.

3 Amplia tertio, vt nedum prohibita ſit donatio inter coniuges conſtante matrimonio , ſed etiam inter eos qui aliquo modo coniuges contingunt per patriam poteſtatem. Ita tenet Pala.Ruui.in d.repe. Rubr.§.xlij.per totum. vbi hoc notab. declarat.

4 Quarto amplia habere locum , non ſolum in matrimonio vero , verum etiam in putatiuo . vnde ſi fiat donatio inter eos qui reputabantur coniuges,qui in veritate coniuges eſſe non poterant,non valet talis donatio:alias ſequeretur ꝙ melioris conditionis eſſent qui delinquunt,quam qui non delinquunt. Ita dicit tex.in l.iij.in §. videamus.ff.de dona.inter vir.& in l.ſi ex voluntate.C.eod.tit.glo. & Doct.in c.ſi.eod.tit. quam opinion. tenet Pala. Ruui.in d.repe. Rubr.§.xxxj.in princi.

5 Quinto ampliatur , vt non ſolum procedat inter coniuges Chriſtianos, verum etiam ſi Iudei fuerint.vnde ſi Iudeus conſtante matrimonio aliquid donauerit vxori,non valebit donatio. Cuius ratio eſt,quia inter Iudeos eſt matrimonium verũ, quauuis non ratum.c.de infidelit.de conſanguini.& affi.& ibi glo.& Doct.ſi ergo inter eos eſt matrimonium,per conſequens donationes inter eos fa-

ctæ non valent,per iura ſupra allegata : quę generaliter diſponunt

&

& generaliter sunt intelligenda: vt in c. si Romanorum. xix. dis. & in c. solitæ. de maio. & obedi. cum simil. quod etiã tenet Pala. Ruui. in d. repe. rub. §. xxxv. in princ.

6 Amplia sexto, etiam si vxor & maritus diu seorsum habitauerint. Vt late concludit Pala. Ruui. vbi supra. in d. repetitio. Rubri. §. xxxiiij. in principio.

7 Amplia septimo, etiam si vir passus est se condemnari ab vxore, & sic eam absolui falsa exceptione opposita, cum vxor tenetur viro in aliqua quantitate. eum hoc videatur facere animo donandi: licet sententia valeat, vir potest condicere pecuniam ab vxore ac si non esset absoluta: & sic non habet locum l. iudex. cum aliis. ff. de cond. iude. Iste est notab. tex. in l. si sponsus. in. §. si vxor. la ij. ff. de donati. inter vir. & vxo. & ita per illum tex. tenet Bal. in l. cum allegas. nu. 7. C. de vsur. Rom. in sing. 312. Ias. in d. l. iudex. nu. 2. & in l. properandum in princ. nu. 19. C. de iudic. Montal. in l. iij. titul. xij. lib. iij. fori. in glo. in verb. {Pueda lo hazer.)

Hanc regulam limitat septem modis Pala. Ruui. in repet. Rubr. de donatio. in. §. 47. et in. §. 50. et in. §. 51. 52. 53. 54. et 55. Et circa tertiam limitationem ibi positam, scilicet ꝙ talis donatio iuramento confirmetur, vide posita supra in reg. ccix. in ij. ampliat. ver. pro qua opin. Socin. duobus modis. in reg. ciiij.

1 Vltra quem limita primo, quando talis donatio esset reciproca. Vt est gl. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & ita tenet idem Pala. Ruui. in d. repet. Rubr. §. 50. nu. 16. cum seq.

2 Limita secundo, valere donationem vxori factam per maritum pro reparatione domus eius quæ corruit. Vt in l. ꝙ si vir. ff. de dona. inter virum & uxo.

3 Limita tertio non habere locum, quando protraheretur in tempus finiti matrimonij. Vt in l. sed interim. ff. de dona. inter uirum & uxo. & in l. cum uxori. §. ult. & in l. quia. eod. tit.

4 Quarto limita, quando expresse coniuges in contractu matrimonij reseruauerunt sibi quædam, ex quibus possunt se inuicem associare: uel unus posset, de his reseruatis, donationẽ facere alteri: quia tunc propter illam animi conuentionem & promissionem de donãdo factam in tempore habili, uelebit, saltem ut morte confirmetur. Ita tenet Bal. in l. j. C. de donatio. ante nuptias.

5 Quinto limita, quando res modica quę usu consumitur donatur. Argu. eorum quæ dicuntur in l. ꝙ autem. in §. j. ff. de donatio. inter uirum & uxorem.

6 Limita sexto, quando maritus rem donatam dat in dotem filiæ Amborum, uxore præsente, & non contradicente, sed cõsentiente. Vt in l. siue uxor. & ibi Bar. ff. de donatio. inter uir. & uxo. sequitur Fran. Cremen. in sing. iiij. Chassanę. in consuetu. Burgund. in tit. {Des droictz.) Rubr. iiij. §. 7. nu. 11. fol. 170. col. j.

7 Limita septimo, quando maritus remittit uxori suę fructus suę dotis, Vt in l. uir usuras, ff. de do. inter vir. et ux. De cuius intellectu

vide

vide Ias. in l. de diuisione. in v. col. ff. solu. matri. & in §. fuerat. Institu. de actio. Chassan. vbi supra nu. 6. notabiliter Thomas Grammat. in decisio. lxx.

8 Limita octauo, quãdo mulier renuntiat marito donationem per eum factam, nondum per eam acceptatam. Ita tenet Chassa. vbi supra. nn. 19. De iure Regio probatur in l. v. tit. xj. par. 4.

9 Limita nono, non habere locum in Imperatore: nam Imperator potest donare Augustæ. l. fi. C. de donatio. inter vir. & vxo. & ita per illũ tex. vltra Doct. ibi tenet Ias. in l. frater a fratre. in j. lect. nu. 12. ff. de condi. indeb. versi. v. fallit. & in l. ciuitas. nu. 4. ff. si cer. pet. fuit quod notat Cattel. Cotta in memora. iuris, in verbo, donatio facta a Rege.

10 Limita decimo, non habere locum in iis quæ obueniunt eis ex forma statuti: quia possunt donare. Ita tenet Chassan. vbi supra, nu. 9. vbi ponit exemplum.

11 Limita vndecimo, si rusticus vel plebeius acciperet nobilem in vxorem, & constante matrimonio facit instrumentum de receptione dotis quam non recepit, quamuis in effectu ista dicatur donatio inter vir. & vxo. tamen valet: quia fit in remunerationem ad recompensationem propter inæqualitatem eorum. Ita notabiliter concludit Bar. per glo. ibi, in l. si voluntate. C. de dotis promis. nu. 2. & in l. si diuortio. & ibi Ias. nu. 9. ff. de verb. obl. idem Ias. in l. ex hoc nu. re. nu. 55. ff. de iusti. & iur. & in l. fi. col. fi. C. de verb. signifi. & in l. si non sortem. in §. libertus. ff. de condictio. indeb. nu. 8. idem tenet Bal. in l. ij. §. fi. ff. si cer. pet. Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. nu. 162. Abb. in c. j. nu. 8. de adult. Ioan. de Neuiz. in Sylua nupt. lib. 2. nu. 28. Pala. Ruui. in repet. rub. de donatio. §. x. & xxxj. nu. 1. Tiraquel. in ll. connubia. in iiij. l. nu. 7. & in v. l. nu. 18. & in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus. nu. 19. C. de revoc. dona. et hanc dicit communem Bal. Nouel. in tract. dotis, in x. par. nu. 7. Curt. iun. in consi. vj. nu. 20. Couarru. in Epitome. 4. libro in ij. par. c. 3. §. 3. nu. 2.

12 Limita duodecimo, quando maritus donat annuum vel menstruum ad sui sustentationem, vsque ad vires dotis, & non vltra. Vt in l. ex annuo. & in l. de fructibus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & in l. fi. cut. C. eod. tit.

13 Limita decimotertio, si vnus ex coniugibus, seruis vel animalibus, vel vestibus alterius vsus fuerit, vel in domo sua gratis habitauerit donationis causa: nam valet donatio. Vt in l. si vir vxoris. ff. de dona. inter vir. & vxo.

14 Decimoquarto fallit, si vir vectigal, vel vecturas pro uxore vel ministris eius solueret. Vt in l. si quis pro vxore. ff. eod. tit.

15 Decimoquinto fallit, si serui viri, vxori operas præstiterunt. Vt in l. si id quod donatum est. in §. si quas serui operas. ff. de donatio. inter virum & vxo.

16 Decimosexto fallit, si vir soluit in præsenti quod in diem debet vxori.

vxori: nam tunc potest. Vt in l.sed si vir ex lana. in.§. quod vir vxori.ff.de donat.inter vir.& vxor.

17 Decimoseptimo fallit de iure Regio.nam elapso anno a tempore contracti matrimonij valet donatio inter coniuges, si filios non habent,si tamen filii postea nascantur, reuocatur donatio, nisi in quinta parte. Vt in l.iij.titu.xij. lib.3. fori. Quod dicit esse menti tenendum & alibi non reperiri.Pala.Ruui.in repe.Rubr.de donat. §.liiij.nu.11.facit etiam l.ix.tit.vj.lib.iij.fori.

Et alias limitationes circa hanc regul. vide per Pala.Ruui. & Docto.in locis supra allega.

REGVLA CCXXII.

Donatio ob causam in filium a patre facta, debet in legitima computari. Quam reg.ponit Bar.quem sequuntur ibi Doct. in l.in quartam.nu.10.ff.ad l.Falc.pro qua opinio.est glo.ij.in Authen.ex testamento. C. de collatio. De iure Regio probatur in l. xxix. Tauri. Circa quam regulam vide Doctores in l. xxvj. & xxix.Tauri. Bernar.de Luc.in reg.ccxij. Roderi.Xuarez in l.quoniam in prioribus.in v.q.fol.95.C.de inoffic.testa.

1 Limita primo,si res efficiantur peculij aduentitij, vt in rebus donatis ob causam remunerationis, scilicet quando donantur propter benemerita.has enim res peculij aduentitij esse firmat glo.communiter ab omnibus Doct.approbata in Authen.vnde si parens,in uerbo,Falcidię.C.de inoffic.testam.Ea enim quę aduentitia sunt,communicari non debent.l.fi.C.de colla. De iure Regio est tex. in l. v.tit.15.par.6. Quod intellige quando benemerita rei donatæ responderent,vt est glo. notabi. communiter approbata in l. si donatione.C.de colla.in verbo,postulas,& in c. relatum. el ij. in verb. taxta seruitij.de testa.Bar.in l.si forte.nu.5.ff.de castren. pecu. Et in hoc non statur confessioni patris, scilicet merita præcessisse, sed oportet ꝙ merita seu seruitia probentur, vt tenent glo.& Bart.vbi supra.Ias.in repet.l.frater a fratre.nu.44.ff.de condi. indebi. Corne.in consi.cxliiij.nu.10. vol.ij. Marc. Mantua in l.si donatione, nu.46.C.de colla.& ibi Rimi.nu.8.Castellus in l.xxix.Tauri,in glo.in verb.{las otras donationes.)in fi.limitation.Matthę.de Affi.in decis.370.nu.15.Ioan.Bernar.in regu. dxxxiij.Chassanæ.in consue.Burgun.in tit.{Des droictz.)Rub.iiij.in.§.vij. fol.175.col. iij.nu.7.Ruuin.in con.xcvj.nu.2.vol.5.Catellia.Cotta in Memo. iuris.in verb.donatio.inter fratrem & filium.

2 Limita secundo, quando res ob causam donatę non sunt ad hæredes transmissibiles. Vt in l.omni modo.in.§.imputari.C.de inof. testa.& sic primo alimenta per patrem filio præstita, quæ vocant victum & vestitum.l.legatis.ff.de alimen. & ciba.legat. in legitimam non imputantur,vt in l.quæ pater.ff.famimil.herc.tenet Bart. in d.§.imputari,Doct.in l,filiæ.licet,C.de colla. Secundo expen-

se quę a patre fiunt in nuptiis aut in consequendis honoribus filio-
rum, non imputantur in legitimam: vt est tex. & ibi gl. in l. iij. in §.
fi. in glo. fi. ff. de muneri. & honori. Bal. Ange. Iaſ. & Doct. in d. §.
imputari. per illum tex. & in l. j. in §. sed an ipse. ff. de colla. bona.
Boer. in decis. 14. nu. 3. Ripa in repe. l. in quartam. nu. 163. cũ alijs. §.
adl. Falc. Quod tamen limitat Ale. in addi. ad Bar. in d. l. 3. in §.
fina. ff. de mune. & hono. procedere, quando filius non haberet bo-
na propria & a patre separata: secus tamen si haberet, quia tunc cen-
sentur hę expensæ factæ animo repetendi. Vt in l. fi. ff. de pet. hæ-
facit. l. Nesennius. ff. de nego. gest.

3 Limita tertio, quando res donatæ efficerentur castrensis peculij
vel quasi. Vt in l. si filius. C. famil. hercis. Ex quo sequitur, q ar-
ma quę militi dantur & equi non computantur in legitimam. Idem
de libris qui dantur Doct. aut Aduocato, vt tenet Bar. in l. j. §. neq;
castrense. nn. 2. Idem puta in pecunia quæ a patre datur pro haben-
do Breuiario, aut pro consequendis ordinibus, aut pro celebranda
prima missa: quia hęc debent dici peculia castrensia: vt in l. sacro-
sanctę. & in Authen. præsbyteros. C. de episc. & cleri. Ripa in d. l.
in quartam. nu. 166. De iure Regio est text. in l. 4. tit. 4. par. 5. & in
l. 5. titu. 15. part. vj. Quod etiam procedit in libris a patre empt
filio scholari: omissa distinctione Bar. in d. §. neque castrense. nn. 1.
& in l. si donatione. C. de colla. & ibi Alex. in l. filiæ cuius. & ibi
plenius Salic. nu. 13. C. famil. hercis. Ripa & Doct. in l. in quartam.
nu. 198. ff. ad leg. Falc. tenet gl. in d. l. filię cuius, in gl. j. pro quâ opi.
est tex. in l. quæ pater. ff. fam. hercis. De iure Regio probatur in
d. l. iiij. tit. 4. par. 5. in fi. & in d. l. 5. tit. 15. par. 6. ita tenet Pala. Ruu.
in d. l. xvij. Tauri. nn. 16.

4 Limita quarto, quando pater sponte soluit emendam pro condę-
natione filii, vt liberetur filius. Tenet Bar. in l. Sticus. nu. 2. in fi. ff.
de pecu. lega. vbi distinguit, q si pater voluntarie soluit, soluta non
sunt imputanda. Si autem ex necessitate forte per statutum aut con-
suetudinem, tunc imputantur, quem sequitur Bald. in d. §. imputari.
Quam distin. Bar. reprobat Fabi. de Monte, in repet. Auth. nouis-
sima. q. viij. princ. vers. octauo quæritur. C. de inoffic. testam. Ripa,
vbi dicit ita communiter teneri, in d. l. in quartam, nu. 185. quia in
hoc casu motus paterna pietate ne filius vexetur a fisco, soluisse cre-
ditur pater. & sic coactus soluisse. pro qua opin. facit text. in l. rele-
gatorum. in §. fi. vers. neq; enim. ff. de interdi. & releg. vbi dicitur q
ex delicto quis non debet habere beneficium.

5 Quinto limita, non habere locum in donatione simplici, attento
iure huius regni: nam simplicem donationem hodie filius confers
non debet cum aliis fratribus, nec debet in legitima imputari. Vt in
l. xxvj. Tauri. Facit etiam tex. & ibi gl in d. Auth. ex testamento.
C. de coll. & ita expresse tenet Cisuentes in d. l. 26. Tauri. nu. 6. &
in l. 29. nu. 1. in fi. Roderi. Xuarez in repe. l. quoniã in prioribus. in
v. q. nu. 6. fol. 96. C. de inoffi. testa. Pala. Ruui. in l. 26. Tauri. nu. 2.

Porro

Porro alias limitati.circa hanc regul. & eius materiam vide per Docto.in supradict.locis:præcipue in d.l.in quartam.

REGVLA CCXXIII.

DONATIO facta a patre filio in potestate,regulariter non valet. Hanc regul.probat text. in l.si pater.C.de inoffi.dona.& in l.donationes quas parentes. C.de dona.inter vir.& vxor.& in l.ij. in.§.si filium.ff.de dona.& in l.j.§.si pater filio,& in l.si pater filię. ff.de vsuca.pro dona.De iure Regio probatur in l.iij. titu.iiij. par. v.& in l.4.tit.15.par.6. Et circa hanc reg.vide Plat.in l.j.C.de castren.pecul.lib.xij.Bar.et Doct.in l.frater a fratre.ff.de cond.inde.vbi Ias.in j.& ij.lect.nu.44.Iacobi.de S.Georg.nu.33. Ioann. Crot.fol.6.col.iij.in xij.q.Mar.Mant.nu.327.& 342.Ferdi.Loaz. in repe.l.filiusfamilias.§.diui.nu.77.et 85.cum aliis Lud.Roma.in l.si donatione, nu.8.C.de colla.Cifuentes & Doct.in l.xvij.Tauri.Segura in repe.l.licet Imperator.nu.80.cum aliis.ff. ad Trebel. & in repe.l.vnum ex familia.§. si fundum, nu.115. cum aliis. ff.de leg.ij.Bertran.in consi.cclij.nu.2.vol.j.primæ impressionis.Cassanæ.in consuet.Burgun.in tit.{Des droitz.) Rub.iiij.in prin. nu.36. fol.126.col.ij.

Hanc reg.cum vndecim limitationibus ponit Socin. in regu.ciij

2 Sed vltrà eum limita primo non procedere in donatione facta a Rege vel a Principe non recognoscente superiorem. Ita tenet Bal. in c.j.in §.item sacramenta.de pace iuram.firmand. in Vsibus feudorum. facit text.in l.penul.C.de donatio.inter vir.& vxo. & ita per illum rex. tenet ibi Alexand.in addi.ad Bart. Eandem opin. tenet Crot.vbi supra,& originaliter ante omnes tenuit Old.in cõsil.ccxxxj.Ias.in d.l.frater a fratre.in j. lect. nu. 44. in vj. fall.in vers.& ita habes expeditas omnes fallentias Bartol. & ibi Marc. Mant.nu.348.Segura in d.l.imperator.nu.83.ff.ad Trebel.Are. in l.placet.nu.3.ff.de acquiren.hęred.Lancelo. Galia.in repe.l.Centurio.nu.115.ff. de vulga.

3 Secundo fallit,quando duo filij sunt in potestate, & vnus donat alteri de consensu patris bona profectitia vel bona propria patris, nam talis donatio statim valet. Ita notab.tenet Ioan. Andræ.in addition. ad specula. in titu. de instrumen. æditio. in .§.porro. super nu.3.incip.concipitur.& ante eum tenet Oldra. in consi. xxvj. Cuius ratio est, quia si pater consenserit ꝙ hęc bona donarentur alteri filio. consuetudo intelligitur filium tacite emancipare quo ad istum actum, vt valeat donatio, vt in l.si permittente. C.ad Mac. sicut.n.valet donatio si emanciparet in totum, vt in l.vt liberis.C. de coll.ita valere debet quo ad istum actum. Quam decisionem Ioan.An.exclamando extollit vsq; ad sydera. Are.in l.placet.nu. 4.ff.de acquir.heredi. & ibi eam impugnat duplici ratione. quam etiam reprobat Ias.in l.frater a fratre,in prima lectura,nume.44.in

octaua limita. & ibi contra eam adducit plura Mar. Mantua nume. 349. vbi in fine hoc reliquit cogitandum. Eandem opini. exprobat Segura in d.l. Imperator. nu. 86.

3 Tertio fallit, quando pater remittit vsumfructum filio quem habet in bonis aduentitiis filij: nam hæc donatio statim valet, nõ expectata morte patentis. Ita Barto. in repet. d.l. frater a fratre, nu. 57. versi. si vero donaret. & per text. in l. cum oportet. in §. sin autem. C. de bon. quæ liber. glo. & Bar. in l. ij. C. de inoffic. dona. cum quo doctrina. Bar. transeunt ibi communiter scribentes. & Ias. in d.l. frater a fratre. in 5. limita. nu. 44. vbi eam Crotus fol. 6. col. iij. verific. fallit ergo conclusio præmissa.

4 Quarto fallit, quando iusta donatio esset facta filio naturali tantum: cum filius naturalis non sit in patria potestate. Ita notab. tenet Bartol. in l. omnes. in. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credit. quem sequitur Roma. in consi. xliij. nu. 2. & in l. si donatione. nu. 15. ff. de colla. Crot. vbi supra, versi. quinto fallit. & ibi Marc. Mantua, nu. 353. Quod tamen intelligo verum, nisi donatio fiat in fraudem: vt in d. §. Lucius. ita notabili. concludit idem Rom. in con. cccxcvij. nu. 1. quem sequitur Mantua vbi supra. Pro qua facit q̃ tradit Carol. Molinæ. in tractatu de inofficios. testamen. donation. et doti. nu. 49. cum aliis. Quod hodie de iure Regio habet locum vsque ad quintam partem bonorum extantibus aliis filiis legitimis: vt in l. ix. & x. Tauri. quod etiam in spuriis habere locum dicunt ibi supradict. iura.

5 Quinto fallit, quando pater donat aliquid filio pro legitima: nã tunc valet donatio facta filio in potestate. Iste est notab. casus: secũdum Angel. ibi, in l. si non mortis. ff. de donatio. inter vir. & vxo. quam opinio. vbi eam latissime examinat, sequitur Ias. in d.l. frater a fratre. in 7. limi. nu. 44. & in rep. nu. 23. vbi adducit pro ea plura fundamẽta, postea relinquit cogitãdum. Mar. de Mantua in d.l. frater a fratre. nu. 356. Paris. in d. cons. 16. nu. 35. vol. ij. Eand. opini. tenet Bal. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quę liber. & eam latissime examinat. & tenet Rodericus Xuarez in repetit. l. quoniam in prioribus. in princip. fol. 3. nu. 4. C. de inofficio. testam. Contrariam opinionem, reprobando illud dictum Ange. tenet Rte. in l. placet. nu. 4. ff. de acquiren. hære. Segura in l. vnum ex familia, in §. sed si fundum. nu. 116. ff. de lega. ij. & in repet. l. Imperator. nu. 84. ff. ad Trebell. Deci. vbi hoc notabiliter declarat, in consil. 86. nu. 8. & contra Ang. vbi eam latissime examinat, tenet Ferd. Lopez. in repe. l. filiusfamil. in verbo dixi. nu. 75. ff. de lega. j. Mouẽtur omnes supradicti Doct. tali fundamento, quia alimenta debentur filio in vita patris. l. si quis a liberis. in princ. ff. de lib. agnosc. tamen donatio in causam alimentorum a patre filio in potestate facta, nõ valet. glo. notab. quam ibi approbat Bald. in l. ij. C. de inoffi. dona. ita eodem modo non debet valere donatio facta filio pro legitima. Eandem opinionem contra Angel. tenet idem Aret. in cons. xvij. nume. 4.

6

name.4.cum.sequen. Est tamen verum quod doct. supradicti assignant plures intellectus ad illud dictum Ange. & ad d.l. si non mortis.nam Deci. in d. consil. dicit, quod procedit in filio emancipato.Segura in d.l.Imperator.dicit quod loquitur in filio emancipato,vel in matre.Ias.in d.l.frater a fratre.tenet etiã hoc in l.lect. nume.44.scilicet quod loquatur in matre vel in filio emãcipato:postea tamen dicit quod valet supradicta donatio facta filio in potesta te pro sua legitimã,sed reuocabiliter.quem sequitur Mar.Man.ibi num.157. Et Ang.contra. tenet,vbi eam etiam latissime examinat (Didacus del Castillo) in l. xvij. Tauri colum. 2. in princi. versi.sed doctor de Segura. vbi per illam.l.xvij. approbatur opi. Ias.supradicta,scilicet, quod iam quod valet donatio facta per patrem filio pro sua legitima, valet reuocabaliter,& sic poterit a patre quandocunque reuocari.& ita procedit dictum Ang.vt expresse tenet ibi Castil. per dictam l. xvij.in colum.4.in principio,que expresse hoc disponit, ibi, (pueda la reuocar quando quisiere.) Quod tamen est verũ nisi pater postquam fecit supradictam donationem,non solum pro legitima,etiam in quocunque casu fecerit donationem filio suo de tertia parte bonorum suorum,si possessionem filio tradiderit.prædicta donatio a patre reuocari nullo modo potest,etiã si filius sit in potestate,per supradictã l.xvij.& sic per illam l. corrigunt in omnia supradicta iura prohibẽtia donationẽ per patrem filio in potestate fieri posse.

6 Limita sexto,non procedere in matre quę potest facere donationẽ filio suo in potestate. Vt in d.l.12.Tauri. ibi, (o la madre.) dũ tamen tradat possessionem filio suo, alias autem bene poterit eam reuocare,secundum Pala.Ruui.ibi num.12.& ibi Castil. in glo.in verbo,(la madre.) Per quam l.corrigitur text. in d.l.si non mortis ff.dẽ inofficio.testamen.& in l.si cõstante.C. de donatio. inter vir. et vxo.vbi.dicitur,quod mater non potest donationem a se factam filio reuocare, quia non habet filios in potestate sicut pater, vt in §.fœminæ.Instit.de adop.& per totum Institu.de patria potesta. sed per supradictam l. possessio non tradita, bene poterit reuocari.

Et circa tertiam limitationem quam ad hanc regulam ponit Socin.vbi supra,scilicet quod talis donatio causa studij valet,vltra dotior.qui ita tenẽt in d.l.17.Tauri,tenet etiam Segura in d. l. vnum ex familia in.§.sed et si fundum nu.131.ff.de leg.2.et Ferd.Loazes in reperi.l.filiusfam.in §.diui.num.85.ff.de lega.j.& vide posita supra in regu.87.Petr.Rebuff.in tracta.de priuile.scholarium, priuil. lx.num.2.& vide supra in reg.lxxxvij

Et circa octauam limitationem Socin. scilicet quod quando interuenit iuramentum quod valet talis donatio vide posita supra in regu.ccxix.in 2.ampliatione.

D. Petri Duen.

REGVLA CCXXIIII.

DONATIO excedens quingentos solidos non valet, nisi fuerit insinuata. Est tex in l. si quis pro redemptione. in §. cæterum C. de donation. & in l. ix. in fi. titu. 4. par. 5. per quę iura corrigitur tex. in l. sancimus C. eodem quæ vsq; ad trecentos aureos tantum modo permittebat. tenet Bar. & doct. in l. Modestinus ff. de donat. Bal. & ibi doct. in l. illud C. de sacrosan. eccle. & in l. fina. C. de iu re doti. Circa quam regulam vide Fran. Are. in consi. lxxvij. Pa. Pari. in cõsi. xxv. nu. 53. & in consi. lxix. nu. 93. lib. 3. Soci. Iun. consi. lxix. nu. 37. & in consi. lxxvij. nu. 55. lib. j. & in consi. lxvij. nu. 18. & in consi. cxviij. nu. 2. volu. 2. Caro. Ruin. in cõsi. clix. nu. 6. & 15. volu. 4. Ioan. Bart. de Scarampis in consi. cxj. nu. 6. inter cõsilia Alberti. Bruni. Pala. Ruui. in repe. rubr. de donat. inter virũ §. 19. nu. 6. Andræ. Tiraquel. in legibus connubia. in glo. 4. nu. 10. & in glo. v. nu. 32. & 34. & in glo. 6. nu. 177. & 272. Ioan. Bessanis in consuetu. Aluerniæ, c. 15. art 1. xlij. & notabiliter Anto. de Canario in tracta. de insinuatione, in prima, & secunda parte. nu. 1. cum sequen. Ioan. Igne. in Authen. ex causa nu. 207. C. de liber. præte. Guid. Papa in consi. 57. & in deci. 325. Aymon publicia. in glo. ad dicta consuetu. Aluerniæ, arti. 42.

Rationes autem quare donationes insinuari debeant, sunt quatuor. Prima est vt inter insinuationem & donationem, donans deliberare possit an sibi expediat donationem perficere. Vt in Authẽ. de appel. & intra quæ temp. in prin. versi. vt liceat homini intra id spatium plenissime deliberare. collat. 4. Secunda ratio est, vt ista ratio actus ostendat mortis perseuerantiam. Vt in l. vna C. de plus petitio. sicut dicitur de actu geminato, vt in l. Balista. ff. ad Trebel. Tertia ratio, vt tollatur deceptionis suspicio. Vt in l. si decipiendi. ff. ad Velleia. nam sicut presentia amicorũ tollit suspicionẽ fraudis: ita presentia iudicis, vt in l. transactione & in l. sine apud acta. C. de transactio. ita tenet Guido Papa in consi. 57. col. 2. versicu. 1. Andr. Tiraquel. in legibus connubia. in gl. 6. nu. 177. vbi dicit, quod aperte iudex debet intelligere quod isti intenderant donationem conficere, ad hoc vt insinuatio valeat, alias licet interponat decretum, non valebit. ista est glo. notab. secundum eundem. ibi, in l. tutor bonorum. versi. amici eius, & iudices scientibus. ff. de bonorum possessio. Quarta ratio est, vt occuratur falsis probationum modis. Vt in l. finali. C. de fideicom. Quas rationes ponit Anto. de Canario in d. tract. de insinuatione q. 9. nume. 18. referendo se ad Specul. in tit. de instrumen. æditio. in §. porro. Bartol. tamen in d. l. Modestinus nu. 3. addit duas alias rationes. Prima ne si clam fiat, homines fraudentur. Vt in l. data. C. de donat. & quia in magnis quantitatibus, magna exigitur obseruatio. Vt in l. fin. & in Auth. ibi posita C. si certũ peta. Anto. de Canario in d. quæst. ix. dicit has ratiões magistrales, exceptis illa quę ponitur in d. l. data

Facis

Facit etiam alia ratio, quia reipublicæ interest ne quis re sua male vtatur. Vt in §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alię iuris.

1 Amplia primo prædictam regulam, habere etiam locum in creditore qui remisit donum sibi debitã, quia remissio donatio est. Vt in l. si mulier ff. de condic. causa dat. Et q̃ in remissione facta causa donationis requiratur insinuatio, tenet glo. j. & ibi doct. in l. si quis obligatione ff. de regulis iur. & ibi Hieron. Cagno. nu. 5. dicit esse communem opin. Eandem opin. tenet. Bar. in d. l. Modestinus nu. 1. Bal. in l. pactum nu. 12. C. de collat. quam dicunt communem esse Alex. & Dec. in l. creditori nu. 12. C. de pact. idem Alex. & ibi Ias. in l. si mulier nu. 1. C. de cõdict. cau. dat. Fel. nu. 2. in c. veniẽs el j. de testib. docto. idem Alex. in cons. cxxxviij. nu. 28. volu. 2. Andr. Barb. in cons. xli. nu. 24. versicu. item est etiam ponderandũ. libro j. quod tamen declarat secundum. Felin. vbi supra, & Roma. in d. l. Modestinus nume. 41.

2 Amplia secundo, siue donatio fuerit facta extraneis, siue coniũctis. Ita tenet Bal. in l. data. in prin. C. de dona. quia eadem ratio, & maior videtur inter coniunctos, quã inter extraneos, ut concludit Barbat. in consi. 23. nu. 10. versi. modo in proposito vol. 2. facit quod notat Marc. Mant. in Apophth. 79.

1 Limita primo, nõ procedere in dote. Vt in l. fin. in §. j. C. de iure dot. & in l. fina. C. de donat. ante nup. & hoc fauore dotis statutum est, sicut multa alia, vt in l. j. & ibi no. ff. solu. matri. Et hæc limi. probatur de iure regio in l. ix. in fi. tit. 4. par. v.

2 Limita secundo in donatione propter nuptias quę non est minoris fauoris quam dos. Vt in l. fin. C. de donat. ante nup. imo dicitur q̃ in substantia nihil distat. ad hoc facit tex. in Auth. eo decursum C. eo. ti. & in Auth. vt fratrum filii in §. illud colla. 9. & in Auth. vt sponsi. largi. in prin. coll. 9. ita Ang. in d. §. illud nu. 1. Gui. Papa in dec. 325. nu. 2. Ant. de Canario in tract. de insinuatio. in 2. par. q. 4. nu. 4. Bal. Nouel. in trac. de dote in 6. par. prin. q. 47. nu. 2. Bald. in Auth. dos data. §. similiq; modo C. de dõ. ante nup. Bar. in l. cũ mul q. in pri. C. de dona. ante nup. Io. Basi. in cõsue. Aluernię. in d. arti. xlij. fo. 107. licet olim insinuatio requirebatur. vt in d. l. fi. C de do nat. ante nup. & in l. fi. §. similiq; mõ C. de iure dot. & in d. l. sancimus in prin. C. de don. Quod verum respectu mulierum & in earũ fauorem, secundum suprad. §. illud & ibi Ang. & d. Auth. eo decursum Pau. Parisi. vbi hoc declarat, in consi. 17. nu. 14. vol. 2.

3 Limita tertio, non procedere in donatione feudali, vt si rex vel alius dat castrũ aut aliam rem in fendũ, valebit sine insinuatione. Ita tenet Bald. in c. peruenit el 2. nu. 4. de iureiuran. Idem in alia donatione a principe facta. Vt in l. illud. C. de sac. san. ecc. in l. sancimus ver. exceptis C. de donatio. & ibi doct. & in Auth. vt nõ fiãt pigno. in §. illud colla. v. Ant. in Canario de tracta. de insinuatione. in 2. par. nu. 1. Matth. de Afflict. vbi hoc declarat, in c. j. in §. itẽ sacramenta. gl. 4. nu. 33. de pace iura. firman. in vsibus feu.

4 Quarto fallit, in donatione remuneratoria & mutua. Vt in l. si pater. & in l. Aquilius Regulus & ibi glo. in verbo, non meram. ff. de dona. & in l. fina. & ibi glo. in verbo, obseruatione. C. de iure dot. & ibi Ang. de Perusio. tenet Bal. in l. illud nu. 8. de sacrosan. ec cle. Ias. in l. si nõ sortem in. §. libertus nu. 8. ff. de condi. indebi. vbi dicit valere prædictã donationem, dum modo facta sit propter seruitia præcedentia, & seruitia sint æquiualentia donationibus. idem Ias. vbi hoc no. declarat. in l. ex hoc iure. nu. 53. ff. de iust. & iu. Segura in repet. l. ab exhæredati substituto num. 91. ff. de leg. j. Bart. & ibi. not. Io. de Imo. in d. l. Aquilius Regulus. Anto. de Cenario in d. tract. in 2 parte quæst. xij. nu. 15. Ratio est, quia talis donatio non est proprie donatio, sed potius quædam permutatio seu compensatio, vt in l. sed & si lege. §. consuluit. in fi. ibi, velut genus quoddã hoc esse permutationis. ff. de petitione hære. & in d. l. Aquilius Regulus versi. dixi posse defendi. Et talis donatio non reuocatur prætextu ingratitudinis, nec in ea habet locum tex. in l. fina. C. de reuo can. donat. nec alia iura communia loquentia de donatione, vt est tex. iuncta glo. in l. si pater. §. j. ff. de donatio. & ibi docto. & gl. & ibi doct. in d. l. fin. in verb. inueniatur, Ripa in repet. q. xliij. Carol. Molinę. in consuet. Pari. ti. j. §. xxx. nume. 99. Boer. in decisio. 27. Et vltra istum effectum & alios effectus huius obligationis antiqualis, vide xviii. effectus Per Ias. in l. si non sortem. §. libertis nu. 9. ff. de condit. indebi. xix. effectus ponit idem Ias. in l. ex hoc iure num. 15. cum aliis. ff. de iust. & iu. alios ponit Fortunius Garcia in l. j. §. ius naturale nu. 37. ff. de iust. & iure, & quatuor & triginta ponit And. Tiraquel. in repet. l. si vnquam in uerbo donatione largitus nume. 11. cum sequen. C. de reuocan. donation.

5 Quinto fallit, in donatione iurata. Vt tenet Io. Andr. in addition. ad Specu. in titu. de instrumen. æditione in porro in additione incip. minus. Federi. de Senis in consil. cclxxxj. nume. 1. Bald. in cap. cum contingat. nu. 13. de iureiuran. & ibi Ioan. de Imol. vbi latissime hoc examinat nu. 90. per quatuor col. & ibi Abb. nu. 17. Io. Faber. in. §. & cum retro num. 3. Insti. de donatio. Alex. in consi. 4. nu. 10. & in consi 12. nu. 4. vol. j. & in consi. clvij. nu. 19. vol. 2. & in consi. 21. nu. 11. volu. 3. Socin. vbi plene eam disputat & concludit, in consi. lxxvij. nu. 10. vol. 1. vbi dicit, quod hęc opinio est verior, & quod semper pro ea iudicaret & consuleret. Et eam dicit esse communem Ias. in consi. 51. colum. fina. volum. 1. Francisc. Curt. Iuni. in consi. xxxiiij. nu. 1. Deci. in consi. ccxxxix. nu. 3. & in consi. ccccxxxij. nu. 11. et 15. & in consi. 488. nu. 6. Ripa libr. 3. respons. cap. 11. nu. 11. Matthæ. de Afflict. in cap. 1. nu. 36. de feudo dato in vicem l. commiss. in Vsibus feudo.

Hanc opinionem dicit etiam esse communem Soci. Iuni. in cõsil. 67. nu. 20. vol. 2. Alex. vbi dicit ita fuisse consultum per multos docto. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & eam tenet plures docto. quos refert Andræ, Tiraquel. quos propter prolixitatem nõ refero in repet.

d.l.si vnquam.in prefatione,nume. 143.Anto. Rubæus Alexand. in consil.59.nu.2.Parisius,vbi eam dicit communem, in consi.69. nume.95. vol.3. Contrariam tamen opinionem , imo quod prædicta regula & leges eam probantes non possint iuramento renuntiari,tenent Gulielmus de Cugno , Alberi. & Bal. sibi contrarius in l.illud,nu.9.C.de sacrosan.eccle.& dicit Imol.in d. l. Modestinus.quod istud est de mente Bar.ibi,in nu.fi. dū se remittit ad not. per eum,in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.idem tenet Anto.de Cana tio in d.tractatu.2.par.quæstio.33.nu.50.vbi per totam q. hoc examinat,& tenet hanc opinio.maxime in nume. 59. Ange. in consi. 179.nu.7.vbi dicit hoc esse verum,etiam in donatione facta inter coniunctos & inter fratres.Et eam dicit communem Andr. Barb. in consi.16.nume.16.versi.& si quispiam dixerit. vol. 2. col. x.in prin.Alex.sibi contrarius in addi.ad Bar.in l. post mortem. ff. de adoptio,Barba.in consil.22.incip.uiso celebri.in 2.col. in fine.versic.quod vero opponitur.vol.4.Angel.Areti.in §. aliq.nu. 5. & 9. Instit.de donatio. idem Barba. & quam plures doct. tenent hanc opinionem,quam ipse refert in consi.66.nume.23. & in consi. 67. per totum,inter consilia Curt.Senio.Barto.de Scarampis in consi. 111.nu.6.inter consilia Alber.Bru.Rom.in d.l. Modestinus.num. 18.Lauren.Calcane.in consi.25.nu.31.versi.nec obstat etiam quod dicatur.Ruinus post plures quos refert in consi. 159. nu. 6. vol.4. & ibi nume.15.refert contrariā opinionē,in qua se non bene firmat propter ambiguitatem opinionum. & alij etiam doctor.quos refert Maria.Socin.Iunior in consi.69. nume. 39. & in consil.77.nume. 58.col. 1. vbi refert has duas opiniones & etiam se non bene firmat.& alij etiam doctor.quos refert Andræ.Tiraquel. in repe.l.si vnquam.in prefatioue,nume.153.C. de reuocan. donatio. & hanc opinio. vbi adducit pro ea plura fundamenta, & dicit quod secundum eam si casus eueniret semper consuleret & iudicaert, tenet Ioan.Crottus in repetitio,l.nemo potest,col.14.versi. fallit hęc cō clusio.ff.de legat.1.

Sed hæc posterior opinio verior mihi videtur,quod donatio etiā si sit iurata,si non sit insinuata non valet. Ratio prima facit , nam vt supra dixi in rationibus huius regulę,insinuatio fuit introducta fauore publico,ne quis effusa liberalitate patrimoniū suum exhaurat,ideo iuramentū nullum effectum operatur.vt in c.si diligēti.de foro compe.not. in l.iurisgentium.§. si paciscar. ff. de pact. Secunda ratio facit,nam donatio omissa insinuatione ideo est nulla, quia presumitur facta esse in fraudem,& sic ad euitādas fraudes quæ cō mitti possunt,maxime inter coniunctos,vt in d.l.data. C. de donationibus,& sic etiam in odium recipientium clandestinas donationes.Si ergo iuramentum firmaret contractum donationis absque insinuatione,prestaret occcasionem delinquendi,contra l.conuenire. ff.de pactis dota.& sic videretur iuramentum contra bonos mores quod non valet,cap.non est,de regu.iur.libr.6.& sic vbicunque l.

vel

vel statutū præsū mit fraudem in aliquo contractu. iuramentum interpositum super illo contractu non firmat, dictum contractum, ita Bal. Sali. Pau. de Castro in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Bar. in l. omnes populi. in 2. q. 3. q. prin. ff. de iustitia & iure. Roma. in consi. 12. pro qua opin. faciunt alia quam plura fundamenta quæ traduntur a Docto. in locis supra allegatis quæ propter prolongatam non curo referre.

6 Sexto fallit cp donatione facta ecclesiæ, vel alicui pio loco. Ita tenet Bar. & Albe. in d. l. illud. C. de sacrosan. eccle. per illum text. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de instrum. æditio. in §. porro. super verbo, sed illa lex. Ioan. Calde. in consi. 3. sub rubr. de donatio. text. in l. si quis, p redēptione. C. de dona. Rom. in d. l. Modestinus. nu. 11. Felin. post Anto. in c. ecclesię sanctę Marię. nu. 82. de constitu. vbi dicit hanc esse communem opinionem & allegat quam plures doctores eam tenentes. Ripa in lib. 3. responso. c. 11. nume. 10. Abbas in c. relatum. el 1. de testa. Parisius. in consi. 70. nu. 23. vol. 4. Perrus Rebuffus in tract. de priuilegiis scholarium. priuile. 64. vbi dicit, quod idem est in donatione facta scholari tanquam pia, & dicit quod est communis opinio.

7 Septimo fallit, quando princeps ex certa scientia confirmat donationem nō insinuatam. Ita tenet Panor. in consi. 84. nu. 1. cū seq. vol. 11. vbi cōsuluit, rescriptum principis, ex certa scientia, confirmans donationem non insinuatam, valere etiam in præiudicium filiorum quibus erat ius in quęsitum spe probabili: quia insinuatio est solennitas quædam de mero iure positiuo introducta, quam obrem est in arbitrio principis. Ita Alexā. in l. quamquam. C. de militari testa. Alciat. in tracta. de præsump. in 3. regu. præsump. 11. nume. 8. Dock. in titu. de confirmatio. vtili vel inutili. facit quod supra dixi in regu. 43.

8 Octauo limita, in donatione facta coram iudice, quia eo ipso videtur insinuata. Vt in l. omnium, & ibi doct. C. de testa. & l. sancimus. C. de dona. Bar. & doct. in l. Modestinus. ff. de donatio. facit tex. & ibi docto. in l. fi. C. de prędiis decurionum. lib. 10. Alex. in consi. 20. num. 5. vol. 3. Quam opinionem tenui. Bar. in l. Modestinus. nume. 3. Ias. vbi hoc not. declarat, in d. l. omnium. nu. 4. Andr. Tiraquel. in legi. connubia. in gl. 5. numero. 32 Et an iudex si faciat donationem coram se possit insinuatio fieri? Vide notab. Bar. in l. consul. numero. 3. ff. de Adoptio. Anto. Capicium, vbi hoc notabiliter examinat, in decisio. 203. nu. 13.

9 Limita nono in bonis donatis in testamentis, quia donationis nomine non venit testamentum. vt in l. alienatū. §. fin. ff. de verb. signi. & sic instituti in testamento non tenentur insinuare, licet si testamenta facta sint coram curato & testibus, iuxta cap. relatum. cap. cum esses de testamen. oporteat quod publicentur & in publicam reducantur formam ad hoc vt probent, in l. publicari. C. de testamen, tamen hic non agitur de illa publicatione, nec de illa quæ ad

aperturam

apertura testamentorum fieri solebant, vt l. prima & secunda. ff. quemadmo. testa. aper.

10 Limita decimo, in lucro quod quis acquirit ex legis vel consuetudinis dispositione. Tenet Bal. in Authen. eo. decursu. de donatio ante nupt. numero. 2.

11 Limita vndecimo, in casu l. vnicæ, in fi. C. de plus petitio. ibi, siue insinuatę sint, siue non.

12 Limita duodecimo, in donatione causa mortis. Vt in l. fina. C. de donatio. causa mor. vbi hęc donatio omnes effectus sortitur quos habent vltime voluntates. Et ita expresse concludit Guido papa in decis. dcx. & in decis. 325. nu. 2. notat glo. in l. si quis pro redemptione. in verbo ad refectionem. C. de donatio. q̃ ibi Bar. Sali. & Ang. Spec. in tit. de instr. ęditione, in. §. porro. Et hanc opi. tenet expresse Anto. Rub. in consi. 59. nu. 1. vbi post Bar. in d. l. fi. dicit q̃ per illam l. est correctus tex. in l. donatio. C. de donatio. eandem opi. per d. l. fi. tenet Anto. de Canario in tract. de insinuatione. in 2. par. q. 7. nume. 7.

13 Limita decimotertio, non procedere in contractibus, qui donationis nomine non continetur, & ideo venditio & alij contractus nõ insinuantur. Vt in l. Labeo in. §. contractum. & ibi doct. de verbo. sign. maxime Cępo. nu. 4.

14 Decimoquarto fallit, si filia renuntiat futurę successioni, quia in hoc non requiritur insinuatio, secus si hæreditas esset iam quęsita, & filia remitteret, quia tunc donatio est. Ita tenet Bal. in d. l. illud. nu. 7. vers. quid ergo dicemus. quem sequitur Ant. de Canario. in d. tract. de insinuatione, in 2. par. q. 16. nu. 21. Idem est si fiat pactum inter fratres, quod vnus alteri succedat. vt in l. licet. C. de pact. quia potius dicitur contractus quam donatio, & ob id insinuatio non requiritur. ita Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de instrum. æditi. in §. porro. quem sequitur Anto. de Canario, vbi hoc notabil. examinat, in d. tract. in 2. par. q. nu. 23.

15 Decimoquinto limita, in confessione facta in iudicio animo donandi, quia insinuatio non requiritur. Vt in l. quidam in iure. & ibi Bartol. nume. 1. ff. de donatio. Bald. in d. l. illud. nu. 12. C. de sacros. eccles. quia pro insinuata habetur postquam in iudicio facta est, & ita tenet Anto. de Canario in dict. trac. in secunda parte, quęstio. 15. nume. 21.

16 Decimosexto fallit, in donatione rei alienæ, cum non sit proprie donatio. vt in l. in ædibus. §. fi. ff. de dona. nam vsucapionis conditio non est donatio, quia procedit a lege, & non iudi. dona. Ita concludit Bal. in l. post mortem. nu. 14. C. de fideicom. quem sequitur Roma. in d. l. Modestinus. nu. 16.

17 Decimoseptimo limita, in remissione vsurarum futuri temporis. Vt in d. l. Modestinus. & ibi Bart. & Doct. glo. in. §. alię. in verbo, inueniri. Instit. eod. titu. Rationem ponit Anton. de Canario in d. tract. in 2. par. q. 13. nu. 13.

18 Limita decimooctauo: quando plures donationes sunt facte diuersis temporibus, quę simul congregatæ eam summam excedunt, tunc enim non requiritur insinuatio. Ita probat tex. in l. sancimus in §. si quis autem per diuersa tempora. & ibi expresse Bal. & do. cto. C. de donatio. & ita tenet expresse per illum tex. Ioan. Igneus in Authen. ex causa. nu. 207. C. de libe. prete.

19 Decimonono fallit de iure antiquo, in quo 72. aurei faciebant libram auri, vt est glo. 2. in Authen. de defensio. ciuita §. & iudicare colla. 2. & in l. in eũ. ff. de iurius vocan. & in l. quicunque in glo. in verbo, vel viginti. & ibi Bal. & Salice. C. de ser. fugi. & in l. quotiescunque in verbo. haud. C. de suscep. & arcariis. lib. 10. & in rubr. C. de veteris numis. potesta. lib. 11. & in §. omnium autem. Institu. de pœna temere litigan. & in l. fin. C. cõmunia de legat. & in l. 2. est. ff. de dolo. Sed cum hodie aurei quibus vtimur sunt minoris ponderis, & 96. faciunt libram auri, & sic hodie ducatus non est nisi octaua pars vnciæ, secundum Bar. in d. Rubr. C. de veteris numismatis potesta. & in d. l. quoties. Abb. in c. conquerenti. nu. 6. de officio ordin. & ibi Fel. diffuse nu. 2. idem Abb in c. nulli. nu. 1. de rescriptis. Pau. de Castr. in l. fi. & ibi doct. C. communia de lega. ideo donatio hodie valet vsque ad octingentos aureos, quia aurei vel solidi de quo in illa l. debent cõputari secundum tempus quo facta fuit illa lex. Ita in expressis terminis tenet Angel. in l. sancimus. num. 4. C. de donati. Iason, vbi dicit quod ita obtinuit in l. 2. in §. ex hac nume. 16. ff. de verbo. obliga. & in l. quæ extrinsecus. eod. tit. & in l. in eum. nume. 1. ff. de in ius uocan. Pau. Castren. in l. fi. C. commu. de lega. Iason in l. puniri nu. 2. C. si contra ius vel vtili. publi. Quã opinionem tenet Deci. in consi. 229. nu. 3. Fel. in c. conquerente. nu. 2. de officio delega. Bartho. de Chassanę. in consue. Burgund. in rubr. (des iustices,) Rub. j. §. 7. fol. 76. col. 4. nu. 1. Alex. in consi. 4. nu. 5. in fi. vol. 1. Alciat. in l. etiam aureos nummos. & in l. hęc nuncupatio ff. de uerb. signifi. Alber. Brutus in tracta. de augumento, in ultima conclusione. j. q. principalis col. 2. uersi. olim. Hodie tamẽ in nostris temporis cum ad constituendã libram auri requirantur plus quam centũ & uiginti aurei uel solidi, uidetur q donatio ualeat etiã post mille aureos sine insinuatione, attenta supradicta limitatione.

REGVLA CCXXV.

Dos de necessitate debetur ecclesię uel pio loco sufficiens & ꝑpetuo: & tradi debet in limine fundationis, uel acquisitionis iuris patronatus. Hanc Regulam probat tex. in c. placuit. & ibi glo. j. q. ij. & in c. nemo. de consecra. distin. j. glo. in c. piæ mentis. in uerbo collata. xvi. q. vii. & in c. cũ sicut. & ibi Abb. de consecr. eccle. vel altaris. & ita expresse tenet Lãberti. in tractat. iuris patronatus. in j. par. j. lib. in x. artic. v. quęst. prin. nu. 1. cum seq. Et quod dos eccle-

six

ræ debeat esse perpetua, probat tex. in c. sine exceptione. xij. q. ij. & in c. nulli. de reb. eccle. non alie. ita tenet Lambert. in d. tracta. in j. parte j. lib. in ij. articu. 5. nu. 3. & in artic. 5. nu. 1. Et q̃ debeat tradi in limine fundationis, probat text. in d. c. nemo. & firmat Lambertinus in d. arti. x. & per totam illam quæstionem notabiliter tractat materiam huius regulæ.

Hanc regulam cum viginti ampliationibus, & sex limitationi. ponit Cesar Lamberti. in d. tracta. in j. par. j. libr. in xxij. articul. 5. quæstio. princi. fol. 46. col. 3. num. 3. vsque ad finem.

REGVLA CCXVI.

Donatio facta per criminosum post crimen contractum, ante sententiam condemnatoriam, valet. Hanc regu. probat tex. in l. post contractum. ff. de donati. De idre regio probatur in l. ij. tit. iij. par. 5. & in l. 5. tit. 11. lib. iij. fori. Circa quam regul. vide Bar. in l. si is qui bonis. ff. de acquiren. hæred. Doct. in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. Salic. in l. si quis posthac. C. de bon. proscri.

2 Limita primo, quando delinquendi propositum ex pœnæ suspicione fieret. Vt in l. si aliquis. in ij. respon. ff. de dona. caus. mor. & in l. a fraudem. ff. de iure fisci. & in l. sed & si maritus. ff. qui et a quib. in fi. & in l. quæsitum. la j. eod. titu. Circa quam limita. vide notab. vltra Bar. Roma. in d. l. post contractum. num. 3. vbi notabiliter eam examinat.

2 Limita secundo, quando etiam post delictum ante accusationem donatr bona, quę ipso iure publicata erant. Vt in l. commissa. ff. de publica. & vectiga. & in Auth. incestas. C. de incest. nup. Scribentes l. Imperatores. ff. de iure fisci. & in c. cum secundum. de Hæreticis. lib. 6. Facit quod supra dixi in reg. cl. vbi in fine posui. ccl. casus in quibus confiscatio bonorum fit ipso iure.

3 Limita tertio, quando bonorum administratio ob delictum esset interdicta: vt in crimine lesæ maiestatis, & repetundarum. Vt in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. & in d. l. quęsitum. tradit Bar. in d. l. post contractum. nu. 12. Quod tamen non procedit in alienatione necessaria: vt in l. reo. ff. de solu. & in l. alienationes. ff. famil. hercis. & in l. peto. in §. prędium. ff. de lega. ij. Quod intelligendum est pro suis alimentis, aduocatis, & scripturis ad eum pertinentibus. ita tenet Bar. in d. l. post contractum. nu. 12. quem sequitur Didacus a Couarru. in Epitome. de sponsali. in ij. par. c. 6. §. 8. num. 9. quem sequitur Hannibal. in repe. l. post contractum. num. 481. facit quod supra dixi in regula lxviij. in x. limitatione.

4 Quarto fallit, quando alienatio esset irreuocabilis, vt actio libertatis facta seruo. Vt in l. qui pœnæ. ff. de manumissio. Ita tenet Bar. in d. l. post contractum. nu. 12. & ibi Imol. nu. 4.

5 Quinto

5 Quinto fallit, quando post accusationem non comparet in iudi-
cio: vt in l. fi. ff. de requiren. reis. Ita Barto. in d. l. post contractum.
nu. 13. & ibi Roma. nu. 11.

6 Sexto limita, vt per glo. in d. l. lex iudiciorum, quando post li-
tem contestatam fieret: quia videtur esse litigiosa. Quæ sententia
reprobatur a pluribus: quia non sit litis contestatio criminalis in
rei petitionem, sed ad vindictam. l. quãquam. §. Iulianus. ff. de aqua
pluui. arcend. ita tenet Bar. in d. l. post contractum. nu. 14.

7 Limita septimo, quando post sententiam condemnatoriam fi-
Vt in l. si quis posthac. C. de bon. prescrip. Nisi appellatum sit, qu
quid dicat Bar. in d. l. post contractum. nu. 15. nec obstat text. in
chirographis. in. §. j. ff. de admi. tut. quia illic fuit prima sententia c
firmata per secundam, secundum Imo. in d. l. post contractum, nu.
hoc etiam sentit Roma. nu. 14.

8 Limita octauo, non procedere in testamentis. Vt in l. si quis filiu
exheredato. in. §. irritum. ff. de iniust. rupto. Cuius ratio est, quia de-
ficit confirmatio, eo ꝙ ante additionem sententia sequuta est. Quod
tamen hodie correctum est per text. in l. iiij. Tauri. vbi disponitur
ꝙ non solum ante condemnationem, verum etiam post condemna-
tionem potest quis testari. de quo vide ibi Castell. in principi. &
Docto.

9 Nono limita, in donatione causa mortis. Vt in l. si aliquis. ff. de
donatio. caus. mor. Aliud tamen est in donatione coniugali: vt
l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo. Et alia circa hanc re
vide per Bar. & Docto. in locis supra allegatis.

SEQVITVR LITERA E.

REGVLA CCXXVII.



A QVAE in testamento adimuntur, ipso iure adempta censentur. Quam regul. probat text. & ibi Barto. nume. 2. in l. si ita sit scriptum. & ibi gloss. in verbo, ipso iure. ff. de legat. j.

Hanc regulam ampliat duobus modis, & limitat tripliciter Vdalric. Zasius in d. l. si ita sit scriptum. a numero 7. vsque ad numerum 14.

REGVLA CCXXVIII.

12 Duodecimo limita, in collatione beneficij:nam pertinentia collationis sufficit probare per reputationem & famam ita concludit Domini de Rota in decis.cxxiij.secūdum impressionem antiq. & secundum nouā in decis.3.in titu. de probat. Phil. Dec.in d.c. j.nu.39.de appellat.

13 Decimotertio fallit,in possessione seruitutis, aut libertatis,aut similj,vel in quasi possessione ingenuitatis: & ita ut onus probandi transeat in aduersarium volentem dicere contrarium, vt in l.mater C.ne de statu defunct.Ita tenet Bart.in l.de minore d.§.plurimum, nu.30.in fi.Bald.in d.l.2.per illum tex. C.si seruus aut libert.libro x. Iac.de sancto Georg.in l.3.in.§.eiusdem nu.7.de testi.Andr.Tiraq.in tractatu de nobilitate,c.x.nu.8. Carolus Ruinus in cōsil.128. volum.4.nume.10.

14 Decimoquarto fallit,quādo a statuto hoc disponitur, vt quia dicat statutum quod delictum sola fama probetur,argu. tex. in c.cum dilectus de fi.instru.Ita tenet Barto. in d.§. plurimum.nu.31. quem sequitur Philipp.Decius in d.c.1.nume.48. de appellat.Abb.in d. c.veniens,el 1.num.10.de testibus; vbi dicit quod tale statutum q̄ fit contra ius commune,debet stricte interpretari,quem sequitur ibi Decius numero 33.

15 Decimoquinto fallit, in probāda excommunicatione: nam excommunicatio per famam probatur. Ita tenet Bal. in cap. 1. per illum tex.col.j.ver.nota q̄ excōmunicatio.hic finitur lex,& incipit consuetudines regni.in Vsib.feud.pro qua opin.est tex.in c.illud.& ibi gl.in verbo,in hoc.de cler.excomm.ministrā.& in c.ad hæc.in gl.in verbo ,publice,de postula.prælat. Quod tamen intelligo verum , quando non agitur de prejudicio alterius , vel in foro aię,sed quantum ad hoc vt quis repellatur ad agendum tanquam excommunicatus,non sufficit fama sed debet fieri apertissimus documentis.Ita Ant.de But.in d.c.veniens,el j.nu.x.alleg. Spec. in titu. de notorio in.§.fama Anto.de But.& ibi Abb.nu. 11. in c. prudentiam in.§.sexta.de offi.deleg.& ibi Dec.num.36.idem Decius in d.c.ad hæc nu.48.de postulat.prela. Iacob.in d.l.3. in.§. eiusdem nu.19.ff. de testi.pro qua opinione est tex.in c.pia.in verbo, apertissimis documentis.de exceptio.lib.6.

16 Decimosexto limita, quandocunque clericus fuerit infamatus a populo,nam tunc fama probat , & tenetur innocentiam suam purgare.Probat tex.in cap.presbyter.3. q. 5.in c. cum desideres §. secundæ.de senten.excomm.in c.1.cum aliis,de purga.cano.ita tenet Alex.in addit.ad Bar.in l.de minore.in §. plurimum nu. 30. in addi.incipien.vana vox. ff.de quæst.Dec.in c.prudentia.§.6. num. 42.de offic.deleg.

17 Decimoseptimo fallit,in probando iudicem esse consuetum in carcerare

carcerare vel torquere homines, vel similes violentias inferre appellantibus vel conquerentibus de eo. Ita concludit Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 17. ff. de noui operis, quem sequitur Alexan. in additio. ad Bar. in d. l. de minore, in. §. plurimum, numero 30. incip. vana vox. Felin. in d. cap. veniens, el 1. nu. 9. in fine, de testibus. & in cap. afferre, nume. 11. de præsump. & in cap. de quarta, numero. 24. de præscriptio. & de illo dicto Bart. facit etiam mentionem Alexan. in consil. 66. numero. 9. volu. 3. hanc opinionē tenet Iason in repet. l. admonendi, nume 246. de iureiuran. Ruinus in consil. 105. numero. 3. vol. 1.

18 Decimooctauo limita, non habere locum in Principe attestante de fama seu infamia alicuius, quando loquitur assertiue, secus si loquatur narratiue. Porro dicitur loqui per verba assertiua, quando loquitur hoc modo, quia constat nobis talem esse infamatum &c. Per verba autem narratiua dicitur loqui, quando dicit, multorum clamor ad nos peruenit quod talis est infamatus. Hanc limitationem posuit Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de inquisitione, in. §. nunc tractemus. versi. hoc autem notandum, quem sequitur Abb. in c. cum operteat, in 3. notabili, de accu. Iacobinus de sancto Georg. in d. §. eiusdem, numero 21. Ias. in repe. d. l. admonendi, numero 146. in fine.

19 Decimonono limita, non habere locum, vbi tractatur aliquid circa materiam peccati: nam ad euitandum peccatum, fama plene probat. Ita tenet Abb. in cap. 1. nu. 17. de postula. prælat. quem sequitur Præpos. in c. 1. nu. 11. de appella. Are. in consi. 13. col. 8. Hippo. in d. l. de minore, in. §. plurimum, numero 73. ff. de quæstio.

20 Vigesimo fallit quando agitur de informatione conscientiæ alicuius, nam tunc plene probat. Ita concludit Anto. de Butri. in repe. c. peruenit, col. 17. de censi. allegat Compostel. in c. 1. de electio. lib. 6. quem sequitur Fel. in d. c. venies. nume. 9. de testi. Hippo. in d. §. plurimum, numero. 82.

21 Vigesimoprimo limita non habere locum in consuetudine, nam consuetudo probatur per famam. Ita tenet Cinus in l. 2. in versiculo 2. quæritur. C. quę sit longa consue. quem refert & sequitur Alexan. in consi. 14. numero. 1. volu. 5. Hippoly. in dicto §. plurimum, numero 75.

22 Vigesimosecundo limita non procedere in mala fide, nam mala fides bene probatur per famam. Ita Bart. in l. Celsus, nume. 18. ff. de vsucap. Cardi. in consi. 28. Ang. in l. eum qui in. §. fi. ff. de Publicia. et in consi. 260. numero 5. Aret. in consi. 15. numero 11. Hippo. in d. §. plurimum, numero 76. Lodoui. Gozadinus in consil. 1. numero 33. Matthęus de Afflictis in cap. 1. in 4. notab. numero 27. de pace iuramento firman. in Vsibus feudorum, Socinus Iuni. in consi. lxix. numero. 12. volu. 1.

23 Vigesimotertio limita non procedere in confiniis: nam bene probantur per famam. Ita tenet Archidia. in cap. inter memoratus, nu.

4.16.quæ.3. quem sequitur Imol. in c.cum causam, numero 5. de probatio.& ibi Felin.numero 9. Hippol. in d.§. plurimum.numero 78.pro quo facit quod supra dixi in 7.limitatione. Eandem opinio, tenet Gratus in consi.95.nume. 15.vol.2.facit tex.in d.c.cum causam de probatio.

24 Vigesimoquarto limita,non habere locum in ecclesiastico interdicto:nam sola fama facit probationem sufficientem,vt interdictum superioris obseruetur.Ita probat gloss. in c. 1. in verbo publice.de postula. præla. quam sequitur ibi Abb.numero 17. & expresse Petrus Briaxius Nauarrensis in directorio electionum, in prima parte cap.20.numero 10. Deci, vbi eam declarat in d. cap. 1.numero 48,de postula.prælato.

REGVLA CCC.

FAMA in criminalibus non facit semiplenam probationem. Hanc regulam probat gloss.in c.veniens, el 1.in verbo illorum,de testib.& ibi Bald.Imol.Anto.de Butrio,nume.x. & Abb.numero 8.Felin.numero 12,Dec.numero 25. & ibi cæteri Docto. Bald.& Doct.in c.1.de appella.Bart.in l.de minore, in §. plurimum nume, 20.ff.de quæstio.& ibi Hippol. nume. 55. vbi allegat quam plures Docto.Eãdem opinionem tenet Iaſ.in repe.l.admonendi, numero 250.ff.de iureiur.Aymon Crauetta in consi. 41.numero. 6.Cæpol. in consi,34.numero 5.in consiliis crimina.Iacobi.de S.Georg.in l. 3.in.§.eiusdem,nume.10.ff.de testi.Salice.& Docto.in l.ea quidem C.de accu.& hanc dicit esse communem opinionem. Marc.Anto. Blancus in tract.de indiciis & tortura,nume.113. Ratio huius regulæ est,quia in criminalibus, probationes debent esse luce meridiana clariores,l.sciant cuncti.C. de proba. canonizata in c.sciant cuncti.2.q.8.quibus concordat regia l.12.titu.14.parte 3.ita concludunt omnes supra dicti doct. Et circa hanc reg. vide Decium in consi 429.nume.9.& in consi.189.nume.13.Hier.Gratum in consi. 136.nume.2.vol. 2.Matthæum de Afflictis in c.1.notabili 4.nume. 15.de pace iura.firman.in vsibus feudo.Ioan.de Amicis in consil. 40.nu.12.Paris.in consi.153.nu.11.cum aliis.volu.4.

2 Amplia primo,etiam agatur de crimine ciuiliter, quia idem erit quod in criminalibus.Ita concludit Antonius de Butrio in d. cap. veniens,numero 10.& ibi Abb.nume.9.allegant text.in c.tam literis de testibus, vbi dicunt probari,quod fama cum uno teste nõ probat.& ita per illũ textum expresse notat ibi Bal.nume.1.in 2.notabili.Ioan.de Anania in consi.49.numero.3.Feli.in d.c.veniens,numero 12.Iaſ.in d.l. admonendi, numero 250. Quam ampliationẽ reprehendit Decius in d. c. veniens, el 1. numero 28. & ante eum ibi Imola numero 8. quem sequitur Iacobi. de sancto Georg.in d. §.eiusdem

§.eiusdem,nu.11. Ratio in qua se fundat Imo.est, quia quando agitur de crimine ciuiliter,non requiruntur ita stricte probationes sicut quando agitur criminaliter.

2 Amplia secundo,vt habeat locũ in causa ciuili famosa & ardua quia æquiparatur criminali.Ita tenet Bal.in d.c.veniens,el 1.nume. 7.allegat tex.in l.propter litem. ff. de excusa. tuto. quem sequitur Deci.numero. 39. Et ideo in matrimonio disoluendo (quia grauis causa reputatur) non sufficit fama cum vno teste , ut concludit Alex.in consi.143.nu.4.vol.2.Hippo.in d.§.plurimum.nu.56.allegat notata per glo.& doct.in c.mulieri,de iureiur. facit tex. & ibi notata per Anto.in cap.1 de consang. & affini.Eandem opi.sequitur Iason in d.l.admonendi,numero 252.

3 Amplia tertio, habere locum in omnibus casibus in quibus non defertur iuramentum in probationis defectus nam in talibus fama cum vno teste non probat.Ita tenet Bal.in c.1.numero 3. de appel. sequitur Deci. in d. c. venies. numero 31. Et casus in quibus iuramentum non defertur in supplementum probationis ponit Iason in repet.l.admonendi,numero.294. Hippoly. in l.maritus,ff. de quæstio.

4 Amplia quarto, etiam si agatur de probanda excommunicatione vt quis a iudicio repellatur.Ita concludit Anto. de Butrio, in d. c.veniens,numero.10.& ibi Feli.numero 12.Facit quod supra dixi in regu.299.in 15.limitatione.

5 Amplia quinto,etiam si de hoc esset statutum Episcopi,quod per vnum testem de veritate,& tres de fama conuincatur quis de vsura.Ita concludit Federicus de Senis in consi.17.per totum,quem sequitur Ancha.in repe.c.1.col.80.versi.accedat quo supra, de constitu.Feli.in d.c.veniens,nu.12.

1 Limita primo, quando esset facta plusquam semiplena probatio. Ita tenet Bal.in l. si quis in §. 1. ff. de ęden.numero 4.quem sequitur Aret.in d.c.veniens,numero 23.Ioan.Andrę.in addi ad Specul. in titu.de probatio.in.§.fi.versi.13.ad fi.Pro qua opinione ibi Are. allegat tex.quem dicit esse singularem secundum vltimum intellectum glo.in c.pręterea,de testib. vbi si testes deponunt snper adulterio de auditu,quia testes audiuerunt adulteros commisceri , tunc una probatio iuncta cum fama et aliis legitimis adminiculis probat crimen.Facit etiam tex.in l.1.in.§.idẽ Cornelio,in fine. & ibi Bar. ff.de quęst.vbi ex vno teste de veritate coniunctis argumentis fit plena probatio.facit etiã glo.& ibi Dominicus in c.i.in verbo,manifestos,de vsuris,lib. 6. Eandem opinionem sequitur Felin.in d. c.ueniens,numero 13.Iacobinus in d §.eiusdem,numero 13. Deci.in consil.103,numero 12. Tholo.Gram.in decisio.42.numero 12. Deci.in d.c.veniens,numero 32.vbi dicit,quod hoc totum est in arbitrio iudicis,attenta qualitate famę & pręsumptione quę esset vltra semiplenam probationem.

2 Limita secundo,vt non procedat quantum ad inducendam purgationem

gationem, vt in c. presbyter si a plebe. 2. q. 5. Ita tenet Felin. in d. c. veniens, numero 14. Iacobi. de sancto Georg. in d. l. 3. in. §. eiusdem numero 12. ff. de testi.

3 Limita tertio, vt non procedat quantum ad inquirendum, vt in c. qualiter & quando, el secundo, de accusatio. Ita tenet Felin. per illum text. in d. cap. venies, numero 14. Iacob. in prælegato. §. eiusdem, numero 12.

4 Quarto fallit, quo ad deueniendum ad torturam. Ista est glo. nota. & communiter approbata, quæ hoc clare videtur probare, in l. qui sine accusatoribus. in verbo, suspicionibus. ff. de quæst. Contrariam tamen opinionem, imo quod fama non faciat iudicium ad torturam contra aliquem, tenet Ioan Andr. in additionibus ad Specul. in ti. de probatio. in. §. videndum, nume. 19. incipi. sciant. in fine idem in titulo de notorio crimine. in. §. fama est, super versiculo, casus, ad fin. Quem refert & sequitur Anto. de Butrio in c. tertio loco. nume. 19. de probat. Ang. in tracta. maleficiorum, in verbo, q fama publica, nu. 41. Panor. in c. 1. nume. fi. de purga. cano. & in c. cum in contemplatione, de regu. iur. Alex. in consil. 5. nume. 3. volu. 1. Et hanc tenet Bar. in l. si milites. C. de quæst. & in d. l. de minore, in. §. plurimum. nume. 31. ff. eod. licet non clare, & dicit communem Iason in repeti. admonendi, nume. 25. ff. de iureiur. vbi allegat quam plures docto. Hippo. in d. §. plurimum, nume. 27. & in fin. g. 97. Hãc etiam tenet Parisi. in consil. 158. nume. 11. volu. 4. idem Hippo. in consil. 15. nume. 12. Anto. Corsettus in Repertorio, in verbo, fama. Paris de Puteo in tracta. de syndica. in verbo, an fama. Marcus Mantua, vbi assignat rationem, in consil. 148. nu. 7. Ioan. de Amicis in consil. 85. nu. 4. Stephanus Bertrandus in consil. 31. nu. 2. vol. 3. secundæ impressionis. Et hanc opinionem dicit ita communiter teneri Marcus Antonius Blancus in tracta. de indiciis & tortura, nu. 213. Iacobi. de S. Geor. in l. 3. in. §. eiusdem, ff. de testi. Quam limitationem intellige vt dicam in regula infra proxima.

5 Quinto limita non habere locum, quando agitur tantum ad finẽ probandi iurisdictionẽ illius causæ: nã tunc fama publica in criminalibus facit plenã probationẽ. Ita concludit Domini. de sancto Geminiano, in c. si iudex laicus, in §. & si notoriũ. nu. 2. in 1. nota. de senten. excom. lib. 6. quẽ sequitur Hip. in d. §. plurimum, nu. 74.

6 Sexto limita nõ procedere, quando cum fama esset dictum Syndici qui ita denuntiatur Titium occidisse Caium, quia tunc fama facit semiplenam probationem. Ita consulvit Bar. in consi. 191. in finalibus verbis. Quem licet corrupte, sequitur Augusti. Ariminiẽsis in additio. ad Ang. in tracta. maleficiorum, in verbo, quod fama publica, numero. 41. & Hieronym. Gratus in consi. 136. numero. 17. volu. 1. Hierony. Zanetinus in tracta. differentiarum vtrius iuris, differentia 109, numero. 185.

Regula

REGVLA CCCI.

FAMA in criminalibus non facit indicium ad torturam. Ita expresse tenet Bar. in l. milites. C. de quęst. Auro. de But. & ibi docto. in c. veniens, el j. de testib. sequuntur doct. in reg. præcedenti, in iij. limit. relati. De iure regio probatur in l. iij. titu. xxx. par. 7.

Hanc reg. ponit Bernar. de Luco cum duabus limitationibus, remittendo se ad Hippo. in l. de minore, in §. plurimum. num. 7. ff. de quæstio. in regu. 333.

1 Limita primo, quandocunque fama est vehemens. Ita expresse concludit Bar. in consi. cxcj. sequitur Bal. in c. j. in §. iniuria. de pace iuramen. firman. in vsi. feud. Fel. in d. c. veniens. nu. 15. Augusti. Arimin. in addi. ad Ange. in d. tract. malefi. in verbo, quod fama publica, nume. 42. Thomas Gramm. in consi. lvij. nu. 16. Hippolyt. in d. §. plurimum. nu. 28. & in l. patre vel marito. nu. 59. ff. de quęst. & in pract. crimin. in §. diligenter. nume. 20. & in consi. iij. num. 6. & in consi. xlix. nu. 65. & in singul. xcvij. & singu. ccv. Parisi. in consi. cliij. nu. 21. vol. iiij. Hiero. Grat. in consi. lvij. num. 2. libr. ij. Matth. de Affl. in c. j. nu. 17. de pace iuramen. firman. in vsib. feud. Thom. Gramm. in decis. xxxiiij. nu. 52. & ibi nu. 53. dicit, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, quando fama dicatur vehemens. Hippoly. in d. §. plurimum. nu. 30.

2 Limita secundo, quando cum fama adesset dictum officialis denũciantis cum iuramento. Vt supra dixi in præcedenti Reg. in fina. limitat. & tenet Paris de Puteo in tract. syndi. in verbo, in fama, nu. 3. pro qua opi. allegat text. in Auth. hodie. C. de repud. Matthæ. de Affl. in c. j. in iiij. not. nu. 35. de pace iuram. firman. in vsib. feud.

3 Limita tertio, quando contra illum malefactorem contra quem vox & fama de delicto commisso est etiam probatum, illum hominem esse malæ famæ, vitæ, & conditionis. Ita expresse tenet Albert. Gand. in tract. malef. in rubr. a quo vel a quibus possit fama incipere, nume. 12. Augusti. Arim. in additio. ad Ang. in verb. quod fama publica. nu. 44. Pro qua opinione est text. de iure Regio. in l. iij. tit. xxx. par. 7. pro qua vide Matth. de Affl. in d. c. j. in iij. not. num. 41. Hiero. Zanet. in tract. diferentiarum vtriusque iuris differentia. cix. nu. 185.

4 Quarto fallit, quandocunque cum fama adesset fuga: nam tunc talis infamatus potest torqueri. Vt in Authentica de exhibendis reis §. si vero. colla. v. & in Authen. de sanctis Episcopis. in §. si quis autem. colla. ix. nam tunc iste talis potest torqueri. Ita expresse per illum text. tenet Matth. de Afflict. in d. iiij. notab. num. 40. Bar. in l. fi. ff. de quæstio. Imol. & ibi Fel. num. 6. in c. nullus. de præsumptio, vbi hoc declarat Hiero. Grat. in consi. xlviij. nu. 8. vol. 2. Circa quam limita, vide text. de iure regio. in l. xiij. tit. xxix. par. 7. Doct. in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. & vide infra in reg. cccviij.

Quinto

5 Quinto fallit, quando fama habuit originem ab honestis perso-
nis: nam tunc bene facit indicium ad torturam. ita sentit Bald. in c.
j. §. item si vasallus. colum. vlti. de controuersia inuestitu. Sal. in l.
ea quidem. C. de accusatio. facit tex. in c. qualiter & quando. et ij. de
accusatio. & in l. miles. iu. §. mulier. & quod ibi notat Bar. ff. de ad-
te. Paris de Puteo in tract. syndicatus, in verbo, an fama. nu. 1. Hā
opinionem tenet Hippol. in d. §. plurimum. nu. 30. & in singu. xcvii.
& in consi. iij. nu. 5. & in consi. xxxj. nu. 5. Franc. Aretin. in d. c. ve-
niens. nu. 35. & ibi Fel. nu. 17. Parisi. in consi. cliij. nu. 12. vol. ij. fa-
cit etiam tex. in c. cum in iuuentute. de purgatione canonica.

REGVLA CCCII.

FAMVLO dicens, ne reuertaris domum nisi sentiam nouum
de te, si famulus occidat aliquem, tenetur dominus de homicidio,
quando dominus prius recipit aliquam iniuriam. Hanc reg. ponit
Bar. & ibi Doct. in l. si quis mihi bona. §. per Seio. nu. 2. per illum
tex. ff. de acquir. hæred. Anch. in c. ex literis. per illum text. de ex-
cessibus prela. & ibi Abb. Alex. in consi. 127. nu. 4. & in cons. 128.
nu. 5. vol. 4. & Ripa in l. si ventri. §. fin. nu. 4. ff. de priui. cred. Fel. in
c. afferte. nu. 13. de præsumptio. & in c. sicut dignum. num. 12. de ho-
micidio. Iacobi. de S. Georg. in l. j. nu. 6. C. de seruis fugit. Areti. in
tract. malefic. in verbo., & Sempronium mandatorem. nu. 42. & ibi
Augusti. Arimi. in additi. dicit hanc esse communem opin. Pro qua
opinione Bar. facit notabile dictum eiusdem Bart. in l. sed si vnus.
§. seruus. nu. 2. ff. de iniur. vbi dicit, q̃ quandocunque aliquis inter-
fecit aliquem per alienum hominē, qui de necessitate debet ei obe-
dire, dicitur proprie interficere. allegat ad hoc tex. in l. ita autem. in
§. gessisse. ff. de administr. tuto. Eandem opin. tenet idem Bartol. in
l. iij. in. §. si procurator. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. pro qua opin.
facit etiam text. & ibi Abb. nu. 9. Feli. nu. 9. in c. mulieres. de sente.
excomm. sequitur Hiero. Grat. consi. v. nu. 11. vol. j. Matthę. de Af-
flict. in consti. Neap. lib. j. Rubr. xij. nu. 17.

1 Amplia primo procedere, etiam si dominus dixisset famulo in
aure certa verba, & ille statim iuit & occidit hominem: nam præ-
sumitur factum de mandato domini. ita expresse tenet idem Bart. in
l. si ventri. in §. fi. nu. 1. ff. de priuileg. cred. per gl. ibi: quem vltra An-
gel. ibi sequitur Bal. in l. multum. col. ij. C. si quis alteri vel sibi. et in
l. j. col. iiij. C. de ser. fug. & in c. veritatis. col. 3. de dolo & contuma.
Alex. in l. si cum dotem. §. si mulier. in vij. not. ff. so. ma. Io. de An.
in consi. 23. Fel. in c. j. nu. 12. de offic. deleg. Hip. in l. j. in §. præterea.
nu. 27. ff. de quæst. Hiero. Grat. in consi. cx. nu. 11. vol. j.

2 Amplia secundo, etiam si famulus extitisset per multos dies q̃
non cōmisisset maleficium; nam si postea commisit tale delictum,
videtur

videtur commisisse vigore mandati. Ita concludit Innoc. in c. ad audientiam. de homic. quem sequitur Feli. in c. sicut dignum. nume. 12. de homic. Hanc opi. tenet Bar. in l. non solum. in §. si mandato. nu. 12. ff. de iniu. Aret. in d. tract. malefic. in verbo, & Sempronii mandatorem. nu. 15.

§ Amplia tertio habere locum, etiam si dominus proferens talia verba famulo expresse inhibuisset ne occideret: nam sequuto delicto tenetur dominus, iuxta tex. in c. fi. de homic. lib. vj. Ita per illū tex. hoc tenet Bal. in l. non ideo minus. nu. 14. de accusa. Matthæsi. licet de Bal. nullā mentionem faciat. iu sin, clxxxviij. in fi. Maria. Socin c. ad audientiam. nu. 63. de homicidio.

Hanc reg. cum 6. lim. ponit Bernar. de Luce in reg. ccj. remittendo se ad Iaso. in l. j. a nu. 28. vsque ad num. 38. C. de seru. fugi.

REGVLA CCCIII.

Famvlos vel consanguineos habens in domo, qui essent homines improbi, dominus ex ipsorum delictis tenetur: quia præsumendum est q̄ perseuerabunt in delictis suis, vt in reg. semel. de regul. iur. lib. vj. & dominus accipiens eos in domo, præsumitur informatus de eorum conditione, vt in l. fi. in §. seruorum. ff. naut. caup. & stabu. Hanc reg. ponit Card. Zaba. in Clem. ne in agro. §. porro. in iiij. not. de statu moca. quem sequitur Fel. in c. Petrus. nu. 7. de homici. Dec. in l. iij. nu. 8. & ibi. Curt. Iun. nu. 9. & Doct. moder. C. de pact. Alcia. in tract. præsumptio. in iij. reg. præsumpt. xl. Francis. Zoannettus Bononien. in consi. xxvij. nu. 6. pro qua opinione est tex. in c. nulli. de accusat. & in l. fi. de abigeis. Et circa hanc reg. vide Ias. in l. age cum Geminiano. nu. 7. C. de sacros. Pet. de Ferra. in practi. in forma inquisi. in verb. transeat. nu. 6.

Limita, & intellige istam reg. vt non procedat ad hoc vt prædicti domini puniantur eadem pœna qua ipsi delinquentes, sed mitius arbitrio iudicis, ex quo puniuntur per præsumptiones. Secundum doctrinam Inno. in c. quia verisimile. de præsump. num. 2. vbi tenet, q̄ quoties condemnatur quis ex præsumptionibus seu ex præsumptiuis probationibus, iudex debet multum temperare sententiā & mitigare pœnam. quem ibi sequuntur doct. Canonistæ, præcipue Abb. & Feli. nu. 6. per tex. ibi Ias. in l. j. nu. 28. C. de seruis fugi. & in l. j. nu. 21. ff. si cer. pe. Philip. Dec. in c. tertio loco. nu. 6. de proba. Tho. Grammati. in decis. xliij. nu. 13. & cum illo dicto Innoc. esse comm. opinio. testatur expresse Pala. Ruui. in alleg. hæresis. §. xj. quod notab. declarat, & sequitur Iacobi. in rubr. nu. 7. ff. de probat. Ratio est, quia in hoc casu uidetur potius argui culpa domini, quam dolus, vt in l. culpa caret. ff. de regu. iur. Bal. in c. veritatis. nume. 5. de dolo & contum. Quod tamen intelligo verum, quando delictum nō fuisset factum contemplatione domini. quia si eius contemplatione esset factum, eadem pœna veniret puniendus qua ipse delinquens.

Pro

Pro qua opinione facit notabile dictum Barba. in c.j.nu.34.de offi. deleg. vbi concludit, ꝙ si famulus pręsente domino habente verba cum aliquo, percussit illum ense vel alio modo, si delictum famuli cadit ac commodum domini, imputatur ipsi domino. pro quo allegat dictum Bal. in l. de pupillo. in §. si quis ipsi prætori. ff. de no oper. nunt. vbi si famulus potestatis verberauit appellantem, pra sumitur de mandato potestatis. quod dictum Bar. sequitur ibi Alex. et Bal. in l.j.C. de seruis fug. Fel. in c. mulieres. de sen. excom. nu. 4. Hippo. in cons. xx. nu. 1. Matth. de Afflict. in constit. Neapo. lib. j. Rub. xij. nume. 18.

REGVLA CCCIIII.

FAMVLVS de mandato domini tenetur prestare operas alteri, quas sibi exhibere tenetur. Hanc reg. probat tex. in l. operæ in rerum. in fi. ff. de ope. liber. && in l. homines. & in l. vxori. in §. Serapium. ff. de vsufruc. legat. Ratio est: quia is qui conduxit, alteri potest locare, l. cum plures. ff. locat. et illa pecunia per famulum acquisita acquiritur domino. l. patronus, & l. si libertus. la j. & in l. qui libertinus. ff. de oper. libert.

1 Primo fallit, quãdo dominus vellet delegare operas turpes, quas ipse dominus non potest exigere. vt in l. hac demum. ff. de ope. lib.

2 Secundo limita, quando extra locum vellet vt famulus seruiret: quia famulus non tenetur si ad illas operas non esset obligatus. Vt in l. vsuras. & ibi Doct. C. de solutio.

3 Tertio fallit, quando dominus his quibus operas iubet exhiberi esset odiosus vel onerosus, vel rixosus: nam tunc non tenebitur famulus eidem seruire. Argum. tex. in l. ij. ff. vt in possessio. legato. & in l. inuitus. ff. de fideicomm. liberta. in l. fi. C. de pactis inter empto. & vendito. quia non debet fieri deterior conditio famuli, l. generaliter. in fi. ff. de fideicom. liberta.

REGVLA CCCV.

FAMVLI scholarium & clericorũ, gaudent priuilegio ipsorum. Han reg. probat tex. & ibi doct. in Authẽ. habita. C. ne filius pro patre. & in clericorum famulis probat tex. in l.j. & ij. C. de epi. scop. & cleric. quam opin. tenet Philip. Fran. in proœm. 6. in verbo, scholaribus. Iac. Rebuff. in l. vnica, in §. fi. de collegia. & nummul. lib. xj. Et circa hanc reg. vide Feli. vbi eam declarat, & plura adducit, in c. ij. nu. 2. de foro compe. Iaf. & ibi Doct. vbi hoc ẽt examinant. in l. scrimarios. C. de milita. testam. Bal. in notabi. in d. l.j. vbi in supradictis locis reperies hanc regul. ampliatam & limitatam. Et qui proprie dicantur de familia domini, ponit Fel. in c. insinuante de offic. delega. Matth. de Afflict. in constit. Neapol. lib. j. Rubr. xv. nume. 19.

Hanc

Hanc reg. in famulis scholarium cum duabus amplianib. et vnica limitatio. vbi plura congerit in proposito, ponit Petrus Rebuff. in d. tract. de priuil. scholarium. priuile. clx. a nu. 1. vsque ad fin.

Quę reg. in famulis scholarium est hodie correcta de iure regio, per pragma. xxv. in volu. pragma.

REGVLA CCCVI.

FAMVLVS intra triennium salarium a domino petere debet alias post tres annos non auditur. Quę regula probatur de iure Regio in pragma. clvij. de Madrid. Anni Domi. 1528. vbi dicitur ꝙ seruitia famulorum per triennium præscribuntur. Circa quam reg. vide quæ dixi in reg. vj. & Phil. Corn. in consi. cclxix. et 328. volum. j. item D. Couarru. in repetitio. reg. possessor. ij. par. §. xj. nume. 2.

1 Limita primo non procedere, quando impediuntur petere aliquo iusto impedimento. vt c. commissa. de elect. lib. 6. in l. fin. C. de adulte. in l. si cum ipse. ff. de excusa. tuto. Ita expresse tenet Bal. in auth. nisi tricennali. in princ. vers. sed quid dices. C. de bon. s mater. vbi dicit, ꝙ hæc limitatio est naturalis: quia vbi non est negligentia, non debet esse pœna. Eandem opin. tenet Ias. in consil. xxxv. col. ij. vol. j. facit quod notat Alex. in consi. lxv. nu. 5. lib. 6.

2 Secundo fallit, quando dominus iurauit soluere: quia iuramentum perpetuat actionem. vt in l. nam & postea, in. §. his qui temporali. ff. de iureiuran. Quam opinionem sequitur Ias. in additio. ad Cãstoph. in. §. sed aliquando. nu. 5. Instit. de vsucapio. vbi dicit, ꝙ hoc sumitur ex notatitis per Anto. de Butr. post Hostien. in c. si diligenti. de præscript. & idem Ias. in. §. de constituta. Institu. de actio. Hanc etiam opi. per illum tex. tenet Bar. in d. §. si his qui temporali. & ibi Ias. nu. 4. Hippo. vbi dicit ita obtinuisse in contingentia fa cti. in sing. cxlj. vbi etiam quam plures Doct. allegat Fel. in c. fi. nu. 7. de prescript. Marc. Anton. Baueria in tract. de virtute, & viribus iuramen. priuileg. xxix. nu. 42. Corn. in consi. cccxxviij. nume. 22. vol. j. & Roderic. Xuarez, vbi hoc notab. examinat, in repeti. post rem iudicatam. fol. 116. col. iij. nu. 2. in. §. considera vltimo. ff. de re iudica.

3 Tertio limita non habere locum, quandocunque famulus peteret debitum competens sibi actione reali. ita Bald. in l. pen. C. quod cum eo. Ias. in princ. inst. de actio. nu. 101. post Bald. & Aretin. ibi. quam limitationem latius examinaui in d. regu. vj. in j. limitatio. Et ideo si famulus relinqueret vestes apud dominum depositi nomine, eas repetere poterit, etiam post tres annos, non obstante supra dicta pragma.

4 Quarto limita, si famulus deserat dominum, et statim redeat: tunc non videtur recessisse; ideo annus computabitur a die quo nouissi-

me discedet cum effectu: vt in l.iii.ff. de diuorti. & in l.quod calore. vbi hoc notant Docto. ff. de reg.iur.

5 Quinto limita quandocunque talis prescriptio esset per litis contestationem interrupta: quia famulus intra tres annos conuenit dominum, & lis fuit incepta, tunc perpetuatur actio. vt est text. & ibi Doct. in d.l.nam & postea. in §. si is qui temporale. & in l.fi. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. quod late tradidi. in d.reg. vj. in fi.

6 Limita sexto, non procedere in foro conscientiæ: nam si dominus sciat se hoc famulo debere, non est totus quo ad Deum, cum sit mere fidei possessor. Vt in c. vigilanti. in c. fi. de prescript. cum simil. Ita expresse concludit Phil. Corn. in cons. 169. nu. 15. & in con. 328. nu. 14. & 32. Quam limitationem allegando fratrem Alfonsum a Castro, quia ita tenet, posui in d. reg. vj. in ij. limitat. Hanc etiam limitationem tenet Guliel. Rouille in glo. ad consuet. Cenomanenses. artic. xxxv.

7 Limita septimo, si rem aliquam domi famulus habeat: nam si res ab eo petatur, poterit famulus excipere de salario, etiam post tempus: quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur, excipere tamē poterit. ita Bart. in l.j. in §. sublata. & ibi Ias. in ij. lect. ff. ad Trebellia. Ratio: quia exceptiones sunt perpetuæ. l. pure. in §. fi. ff. de dol. mali & metus except. glos. in l. sicut, in verbo, persecutione. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. Bar. vbi hoc notab. declarat in l. societatem. in §. arbitrorum. nu. 22. ff. pro socio.

8 Octauo limita non procedere, quando debitor conuenitur coram conseruatore, vel alio iudice ecclesiastico: quia supra dicta ordinatio non astringit hos iudices. Vt in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ. & ibi nota. de constit. notat Bal. in cons. 184. col. ij. vol. v. Corne. in cōsil. cccxxviij. vol. j. num. 25. facit text. & quod ibi notant Doct. in c. fina. de rebus Eccles. non alienan. & quod supra dixi in regula cxxxv.

9 Nono limita, quando debitor confitetur se illam summam debere: nam tunc iudex debet dominum condemnare ratione confessionis etiam si alias fuisset absolutus: qui cōfessus pro iudicio habetur: Vt in l.j. ff. de confe. facit etiam tex. in c.ij. de purga. vulg. & in c. quia plerique: de immu. eccle. vbi dicunt quem audiri post sententiam, si pars confiteatur eam iniquam.

10 Decimo limita, quando dominus non exciperet de supra dicta pragma. nam etiam post tres annos poterit condemnari. Vt in l.ij. in §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de noui oper. nunti. Cuius est ratio, cum iudex non teneatur impartiri officium non postulatum. §. hoc autem iudicium. Pro qua facit cp in proposito huius limitatio. adducit Ripa, in d. §. hoc autem iudicium. Phil. Dec. in l. res iudicata. nu. 4. ff. de regu. iur. Ias. in l. patre furioso. nume. 11. cum aliis. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Pro qua limitatione facit: nam prescriptio excludit actionem; vt in c. ad aures. & ibi Feli. de prescript. probatur etiam in supra dicta

pra dicta prag. notat Bal. in l. si pene. ff. de condict. indeb. & l. j. C. si aduer. credi. & in l. sicut, vbi gl. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. et sic cum præscriptio pariat exceptionem, illam debuit pars opponere: alias sibi imputet, si iudex eum condemnet post tres annos, quæ exceptio si fuerit omissa in j. instantia, in causa appellationis allegari potest: vt in l. per hanc. C. de tempo. appella.

11 Vndecimo limita, non procedere a contrario sensu: nam si dominus accepit famulum vt eum doceret officiũ suum si erat artifex: et sic famulus v lebat ab eo discere illum officium, & dabat domino decem vel quinque aureos singulo anno: nam si dominus intra tres annos non petat salarium, poterit postea petere. Quia supra dicta pragma. debet stricte intelligi in casu in quo loquitur: & lex loquens in debitore, non comprehendit creditorem, & econtra. Ita Bar. & alij in l. j. ff. si cer. pet. Bal. in Rub. C. de rebus credi.

12 Duodecimo limita, vt etiam post tres annos si famulus non possit recuperare debitum, possit æquiparare rem æquiualentem a domino. Ita tenet Panor. post Inno. ibi, nu. 8. in c. olim. el j. de restit. spol. & ita expresse teneo in reg. lxxxvij. in v. limi. vbi late.

Ratio huius limitation. est; nam calumnia per calumniam repelli potest: vt est glo. in c. cupientes. in verbo, malignantium. de elect. li. vi. quam opinion. vltra Docto. allegatos in d. regu. lxxxviij. tenet Matthę. de Afflict. in c. j. super glo. j. nume. 16. de pace iuramen. firman.

REGVLA CCCVII.

Famvlvs si aufugit, eo ipso res amissas per dominum præsumitur subtraxisse. Hanc regul. probat glos. in Auth. de exhiben. reis. in §. si vero etiam quidam iurent. in verbo, factum, colla. vj. facit tex. in l. ij. in §. sin autem reus. & in §. & si actor. C. de iuram. calum. Ratio est, quia fuga facit quem suspectum et haberi pro confesso. d. §. si vero quidam. notat glo. in l. impuberib. in §. præterea. ff. de suspe. tuto. Circa quã reg. vide Bar. in l. consiliarios. C. de assesso. Luc. de Penna in l. coloni. C. de agri. & cens. lib. xj. vbi plura de materia fugæ. Ludo. Rom. in l. lege Cornelia. & ibi Ioan. Ignæ. ff. ad syllania. Fel. in c. nullus. de præsump. Ioan. Bernar. in reg. 53. Iaf. in repe. l. admonendi. nu. 162. ff. de iurei. Hippo. in repe. Rub. C. de probatio. nu. 259. Corsetum in reper. ad Abba. in verbo, fuga. Mar. Ant. Blanc. in tract. de indiciis & tortura, nu. 423.

1 Limita primo procedere, quando aufugit ante accusationem: secus si post: quia tunc licet fugiendo redimere sanguinem suum. Ita expresse tenet Bar. in l. j. nu. 1. ff. de bonis eor. qui ante senten. mor. sibi con. quem sequitur Matthesilla. in notab. cxlvj. Iaf. in reper. d. l. admonendi. nu. 69. & in l. si is qui. nu. 5. C. qui. testa. facere poss. Ludo. Roma. vbi dicit se ita vidisse practicari. in d. l. lege Cornelia. nu. 2. & ibi Ioan. Igne. nu. 17. Hippoly. in d. repe. Rub. C. de probatio.

nu.259. Ang.Aret.in tract.malef.in verbo, ꝙ fama pnblica. nu.46. Hippo.in sing.cxv.& in sing.497.Montaluus in glo.l.xiij. tit.15. par.7.

2 Limita secundo, nisi ille qui aufugerit sua spontanea voluntate, reuersus.est: nam propter ipsam fugam non grauatur eius opinio. Ita Bar.in l.quis sit fugitiuus.in.§.j.ff.de edili.edict.per tex.ibi:et ibi Cæpo.nu.15.idem Cæpol.in l.bouem.in.§.qui ad amicum.nu.1. ff.eod.tit.facit text.in l.iiij.ff.de re milit.vbi qui fugit animo reuertendi non patitur pœnam ex fuga.& ita tenet Bal.in l.j.C.de seru. fugiti.facit tex.in l.iij.ff.de diuor.& in l.quicquid calore.ff.de reg. iur.& dictum Bar.vbi supra sequitur Ant.Corset.in repert.ad Abba.in verbo,fuga. Pro qua limi.videtur tex.in l.cxxx.styli.

3 Tertio limita procedere, nisi prædictus famulus aufugit propter sæuitiam iudicis vel domini: nam tunc non habet locum hęc regu. Ita tenet Luc.de Penna in d.l.si coloni. pro qua opinio. facit text. in d.l.quis sit fugitiuus.in prin.versi.item ne eum quidem qui a prætore, cui in disciplinam traditus erat fugisset.& in versic. sicuti nec eum quidem qui cum dominum animaduerteret.ff. de ædil.edict.et ibi Cæpo.nu.6.Ioan.Igne.in d.l.lege Cornelia.nu.55.Ias.in repe. d.l.admonendi.nu.169.

4 Quarto limita,, non habere locum quando quis aufugeret & iret ad superiorem: quia non dicitur fugere: nam itineris arreptio ad superiorem, loco appellationis habetur. Secundum Host.in c.vt debitus.de appell.notat Bal.per illum tex.in l. sed & si per prætorem. in.§.fi.ff.ex quib.caus.maio.

5 Quinto fallit, quandocunque famulus aufugisset ex aliqua iusta causa.ita probat tex.in d.l.quis sit fugitiuus.in.§. apud Labeonem. ff.de edil.edict.& ibi hoc tenet Cæpo. Bal.in l.bonæ fidei.nu.7.C. de reb.cred.Ias.in d.repet.l.admonendi.nu.169.

REGVLA CCCVIII.

Fœminæ regulariter deterioris conditionis sunt quam viri.quantum ad ciuilia & publica officia. Hanc regul.probat tex. in l.fœminæ.ff.de regul.iur.in l.j.ff.ad Velleian.in l.fi. C.arbit.tutel.ibi,ab omni iudiciorum agmine.in l.fin.ff.de fide instrum. textus notab.in l.multis.de statu hominum. Circa quam regul. vltra Docto.in l.lxij.Tauri.vide Andr.Tiraquell.in legibus connubialibus.in.iij. num.160. Cesa.Lamber. in tracta. iuris patrona.in iij. parte ij.lib.in xix.artic.v.quæst.prin.fol.361.col.iij. nume. 1.cum aliis.Io.Cirier.vbi ponit rationem huius reg.in tract. de primoge. in j.lib.q.xx.per totam.Chassanę.in consuetu.Burg.in tit.(Des iustices.) Rubr.j.§.vj.fol.65.col.ij.num.40. Guliel.Benedict.vbi ponit plures laudes fœminarum,in repet.c.Rainutius. in verbo, duas habens filias,num,4.cum sequentibus,Chassanæ, in Ceralogo gloriæ

tię mundi, in 2. parte consideratione 8. cum sequen. considerationibus, vbi etiam ponit plures laudes mulierum. Pyrrhum Engleber & doctor. in d. l. feminæ. ff. de regu. iur. Marc. Mantua in tract. legis Oppiæ, posito post 500. apophthemas quas facit in magno volu. Matt. de Afflict. in c. vnico, nu. 47. de natura succesi. feu. Nepotem a monte Albano in tract. de exceptionibus, articu. 7. Gome. in c. mulieres. de iud. lib. vj.

Hanc regulam ponit Specul. post glo. in d. l. in multis. in titu. de procu. in §. ratione, vbi ponit xxxvii. casus in quibus fœminæ sunt deteriores conditionis quã viri. Alios casus etiam in quibus fœminæ sunt deterioris conditionis quam masculi, ponit Lambert. in tract. iuris patro. in j. part. j. libri in 2. articu. 7. q. princip. fol. 58. nu. 1. cum sequen. Præterea 39. casus ponit Philip. Deci. in d. l. fœminæ nu. 1. vsq; ad nu. 55. Casus autem in quibus fœminæ sunt melioris conditionis quam viri, ponit Hippol. de Mar. in singu. ccxlviij. Vndecim casus ponit Specu. in d. ratione num. 3. Decem & octo casus ponit Philip. Deci. in d. l. fœminæ, a nu. 70. vsque ad nu. 83. Ad hæc centum casus in quibus conditio fœminarum est melior quã masculorum, ponit Io. Basianus in glo. ad consue. Aluerniæ. in titu. (Des donations.) cap. 14. arti. xi. per totum fo. 85. col. 3. cum seq. Postremo circa hanc regulam 13. casus in quibus conditio fœminarum & masculorum est æqualis, ponit. Spec. in d. §. ratione. nu. 3. ver. porto. Phil. Deci. in d. l. fœminę. nu. 86.

REGVLA CCCIX.

Fœmina non succedit in feudum. Hanc regulam probat tex. in c. 1. in. §. & hoc autem notandũ est de his qui feu. dare poss. in Vsib. feudo. & in c. i. de succesi. feudi. De iure regio probatur in l. 6. ti. xxvi. part. 4. & ita expresse tenet Bal. in d. l. quoties nu. 7. C. de suis & legi. hęre. Rom. in consi. xxxii. Ias. in consi. 7. nu. 28. & in consi. ix. nu. 2. & in consi. cxiiii. nu. 1. vol. 1. Pau. de Cast. in cõs. 176. in j. vol. Bar. in cõs. lxxii. & 92. Ang. in cõs. ccxlii. et cccxxi. Alex. in consi. x. co. 2. vol. 5. Soc. Iun. in consi. lxv. nu. 23. vo. j. Pau. Pari. in consi. 4. nu. 2. & 3. & in consi. xii. nu. 1. vol. 1. & in consi. 72. nu. 75. li. 4. Ludo. Gozad. in consi. 8. nu. 5. & in consi. 10. nu. 13. & in consi. 16. nu. 31. & in consi. 56. nu. 16. Ripa in consi. 1. nu. 69. vol. 1. Carol. Ruin. in consi. clxvii. nu. 6. vol. 5. & in consi. 18. num. 1. cum aliis, lib. 1. Roma. in consi. 1. nu. 1. cũ Aliis. And. Barba. in tract. de pręstan. Card. in v. q. 1. par. nu. 15. Matthæ. de Afflict. in c. 1. in. §. filia vero, num. 1. de succesi. feudi. Nico. Boer. in consuetu. Bituricen. in titu. de feudis. §. 7. Pau. Pari. in consil. xcviii. nu. 15. vol. 2. Et circa hanc regulam vide Pau. Pari. in consi. 1. nume. 1. cum aliis. vo. 1. Vdalr. Zasi. in tract. feudorum, in 8. par. nu. 36. cum aliis. Lauren. Syluan. in consi. 1. nu. 28. & 117. Corne. in consi. 239. nu. 1. cum seq. vo. 1. & quod supra dixi in regula 103.

Hanc regulam cum septem limitationibus posuit Bernar.de Luco in regu.cclxxxii.remittendo se ad Georgium Natam in repe.c. quanuis pactum num.183.de pact.lib.6.quas ante eum posuit Bal. Nouellus in tracta.de statutis loquentibus de dote posito in tracta. de dote, q. xlii.nu. 2. Et quinque rationes ad hanc regulam ponit Bal.in l.quoties nu.7.C.de suis & legi.hæredi.quem refert Ias. in l.si quis id quod nu.112. ff. de iurisd. om.iudi.Chassa in consuetu.Burg.in titu.(Des fiefz.) Rub.3.§.v.fol. 112. colum. 1. num.28. Easdem ponit Guliel.Bened ct.in repeti.c.Rainu. in verbo, duas habens filias nu.31.Et Franc.Curt.Iun.in tracta.feudo. in 3.par.in prin,nume.1.Ioan.Iaco.de Leonard.in consi.cxiiii.nume. 28.inter consi.Alber.Brun.

1 Porro vltra supra dictas limitationes primo fallit, quando adesset consuetudo, quod fœmina succedat in feudum, vt est in regno Siciliæ, quia stante tali consuetudine licite mulieres succedunt in feudis. Vt in c.1.de feudi cognitio.in vsibus feud.& ita expresse tenet Ioann.Faber.in Authent.ingressi.C.de sacrosan.eccle.Aluaro. in c.1.in.§.& quia vidimus.& ibi Andr.de Iser.qui feud.dare poss. Ias.in l.de quibus nu.64.ff.de legib.Iacob. de sanct. Georg.in trac. feudo.in verbo.& fœminis,nu.9.Chassanę.in consuetu.Burg.(Des fiefz.) Rub.xliii.§.v.fol.112.col.1.nu.29.Eãdem opinionem tenet Ioan.Campecius in cõsi.xi.nu.53.inter cõsilia Alberti Bruni. Philipp.Deci.in consil.xxxix.numero 12.& in consil. ccviij.nu.5.& in cõsi.424.nu.13.& in cõsi.ccccxlv.nu.20.& in con.ccccl xxxviii.nu.17.Ludoui.Gozad.in consi.8.nu.10.& 41.Pau.Pari in cõsi.xviii.nu.21.vo.1.Matth.de Afflic.in c.1.nu.25.de aliẽ.feu.di.pater. Et stante supra dicta consuetudine, ẽt dignitas sit regia, potest fœmina succedere, vt supra dixi.ita expresse tenet Panor.in c. dilecti.& in c.significasti.de arbit.& in c.ex parte.de foro compet. Chassa.vbi supra,numero 32.vbi ponit omnes dignitates in quibus in regno Franciæ fœminę succedunt. Et in quibus regnis fœminæ succedunt,& in quibus non succedunt,ponit And.Tiraq.in trac.de primogenit.q.x.nu.2.cum seq.Guli.Benedic.in repet.c.Raynut.in verbo, duas habens filias nu.67.de testa.

2 Secundo fallit, quando fœmina esset consueta in armis, nam in hoc casu succedit in feudum, sicut legitur de vxore Mithridatis, vt testatur Valerius Maximus in titu.de amore coniugali.Ita expresse tenet Andræ. de Iser. in cap. j. in notandum. qui feu. dare poss. Quod fallentiam per supra dictam rationem Bal.reprehendit Iaco. de sancto Geor.in tract.feud.in d.verbo,& fœminis nu.8.Et Curt. Iun.in tract.feud.in 3.par.in prin.nu.9.Matth.de Afflic.in d.c.1.in §.& quia vidimus nu.23.de his qui feud.dare poss.

3 Tertio fallit,quando dominus propter seruitium patris dedit feudum filiæ.Ita probat gl.in c.j.in §.cum vero Corrad.in gl.sic.ergo. qui.feu.dare pos.& ita expresse per illam gl.tenet Iaco.in d.verbo fœminis nu,4.Lud,Goza,in consil,27,nu,17,Curt. Iun,in trac,feu.

in

in 3. par. print. nu. 4. pro qua opi. est tex. in c. vnico, quemad. feu. ad fili. perti. in vsib. feud. & ita tenet Pau. Pari. in consi. 4. nu. 7. vol. 1.

4 Quarto limita, in feudo ligio, in quo fœmina ex consuetudine succedit. Ita Spe. in tit. de feud. in. § quoniam ver. 21. & ibi Io. And. in additio. incip. est sciendum q̃ Iacobus de Belviso. Alex. in cons. xxx. vbi ponit, quid sit feudū ligium, nu. 3. vol. 1. gl. quę etiam hoc ponit in Clem. Pastoralis in. § verum, in verb. homo quę legius. de re iudi. quam glo. sequitur Chassanæ. in consuetu. Burgund. in titu. (Des fiefz.) Rubr. 3. § 3. fo. 106. col. 4. nu. 10. Eandem opinio. scilicet, q̃ in feudo ligio fœmina succedat, tenet Iaso. in repe. l. de quibus, nu. 64. ff. de legib. & in proœ. feud. nu. 111. Curt. Iun. in tracta. feu. in d. 3. par. nu. 13. Guli. Benedict. in repe. c. Rayn. in verbo, duas habens filias nu. 68. Dec. in consi. 424. Ludo. Goza. in cõs. 56. nu. 21. Ripa in consi. 1. nu. 75. vol. 1. Soc. Iun. cõs. lxxij. nu. 22. vol. 1.

5 Quinto limita non procedere, quando sententia esset lata inter aliquas partes, & fiat mentio qualiter tale feudum spectat ad Titiũ & filios, quia tunc admittuntur ad successionem fœminę sicut masculi. Ita mirabiliter concludit Alex. in consi. 1. num. 22. vo. 5. motus in effectu quia in verbis sententię, masculinũ genus concipit fœminiñ. allegat Arch. in c. si quis suadente nu. 417. q. 4. imo fortius dicit Ale. q̃ non solum hoc procedit in sententia iudicis, sed etiam in sententia arbitri, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. quę opin. Ale. per plura fundamenta reprehẽditur a Cur. Iun. in d. tract. feu. in 3. parte nu. 15.

6 Sexto limita non habere locum, quando aliquis infeudaret allodium suum, id est, proprium patrimonium, & postea decesserit relictis masculis & fœminis. nam in tali feudo ita succederent fœminæ sicut masculi, & tenebitur vasallus ita recognoscere feudum a fœminis sicut a masculis. Ita expresse concludit Iacob. Aluaror. in c. 1. in tex. in fi. & in 3. col. nu. 5. ver. quidam tamen timore huius cõtrarii. de eo qui sibi & hęredibus suis mascu. et fœmin. in vsib. feu. De qua limitatione & opinio. Aluarori dicit multum dubitare Fran. Curt. Iun. in d. tracta. feudor. in 3. parte, numero 16. per rationes ibi per eum adductas. 2

7 Limita septimo, nam licet validum sit argumentum de feudo ad emphyteusim, vt probat glo. in c. 1. an agna. vel filius in vsibus feudo. de qua glo. supra feci mentionem in regul. xl. in decima ampliatione tamen fœmina succedit in emphyteusi. Ita probat text, & ibi Bal. in c. 1. si de feudo fuerit controuer. & in Authen. de non alienã. in § emphyteusim, colla. 2. & ita expresse tenet Io. Bapti. Caccialupus in tract. de feudi cognitione in 7. arti. in differentia inter feudum & emphyteusi. nume. 14. Ange. de Gambell. in tract. de testatu glo. 4. nu. 30. Socin. Iun. in consil. lxx. num. 25. vol. 1. & in consi. Curt. nume. 13. volu. 2.

8 Octauo limita non procedere, quandocunq; pater decedit relicta vnica filia, quæ petat se mitti in possesionem beneficio l. fina. C. de.

edicto diui Adri.tollen. nam filia debet mitti etiam si res sit feudalis,& agnati etiam quod ad impediẽdam immissionem in possessionem in re feudali, non erunt legitimi contradictores, etiam si feudum sit eis debitum,& veniat illis restituendum. Ita probat text.in c.1.in.§.inter filiam.& in.§.definito.ibi,Respondi filiam in possessione feudi manere debere,donec de eo iudicetur. & ibi Andræas Iser.Bald.& cæteri Doct.si de feud.defuncti conten.sit. gl.in c.1.in glo.1.de contro.inter mascul.& fœmi. & hanc opin. tenet Io. And. in addit.ad Spec.in titu.de testamen.in.§.sequitur col.penul.versi. sed pone.inci.dubitatur etiam.& in tit.de feudis in.§.quoniam ver. xxi.in additione incipi.cessante.quem refert & sequitur Alex.in d. l.fina.colum.vlti.versi.aliud notabile dictum. & ibi etiam Ias.nu. 26.Franc.Curt.Iun.nume.84.Eandem opin. tenet Philip. Deci.in consi.cccexxiiii.nume.10.& in consi.ccccIxvii.nu. 9. & in consi. ccccxcviii.nume.2.& in consi.cccclxxxviii. nu.9. Carol. Rum. in consi.xviii.nume.20.volum.1.Albert.Brun. in consi. 1.num.12. Io.Campe.in consi.2.nume.7.cum sequen.inter consilia Arben.Brunus Ludo.Gozad.in consi.6.num.87.& in consil.7. num.10.& 11. Pau.Pari.in consi.xxii.nu.65.& in consi.xli.nume. 2. volu.1.Nico,Bellon.in consi.x.Curt.Iunior in consi.xxx.nume.10.& in cõsi.41. nume. 5. & in consi. cviii.nu.14.& in tracta feud.in 3.parte nume.23. Quod tamen est verum,nisi agnati offerant se incontinenti probare esse feudum,nam tunc bene possunt impedire prædictam missionem.pro quo facit tex.in argu.in l. si his in §.1. ff.vt in poss.lega.& ita per illũ tex.limitat hoc,et declarat And.de Iser. in d.§.si inter filiam.quem sequuntur ibi Prepos.Aluarotus & Doct.o.Eandem opin.tenet Ludo.Gozad.in consi.7.num.2.& in consi.50.nu.20.De iure Regio probatur in l.2.ti.14. par. 6.

9 Nono limita,non habere locum quandocunque feudum est sub annua prestatione cõcessum,si non sit concessio ad masculos restricti,nam tunc non dicitur proprie feudũ, sed mercenarium . Secundum Bal.in l.si quam.C.de operis liberto.& in l.qui se patris C.vn de libe.& magis participat de emphyteusi quam de feudo,vt tenet Bal.in c.quę in ecclesiarum col.1.de consti.Et ideo in tali feudo fœmina admitti debet,cum succedit in emphyteusim,vt supra dixi in septima limitati.& ꝙ in tali feudo fœmina succedat , concludit expresse Soci.in consi.cclvii.nu.1.vo.2.Motus hac ratione, nam iura quę excludunt fœminam a feudo,loquuntur in simplici & vero feudo,& cum sint contra ius cõe , non debent habere locum in feudo conditionato & improprio.& illam opinionẽ Soci. per supra dicta sequitur Caro.Ruin.in consi.24.nu.7.lib.1.Paul.Pari. in consi. 4.nu.22.vol.1.in cõsi.12.nu.2.eo.vo.Ale.in cõsi.136.col. 2.vol.1. Lau.Sylua.in consi.42.nu.6.& in consi.3.nu.59.Alber. Bru.in cõsi.41.nu.4.Hiero.Gra.in consi.9.nu.154.lib.1.Lud.Goza.in consi. 8.nu.16.& in consi.56.nume.17.

10 Decimo limita,supra dictam regulã procedere de consuetudine feudorum

feudorum, vt patet in iuribus in principio allegatis, secus tamen est de iure communi, quo iure ita succedunt fœminæ sicut masculus. Vt in l. maximum vitium. C. de libe. præt. vel exhæred. vbi adducitur ratio. & in Authent. de heredi. ab intest. venien. per totam, collatio. ix. vbi sublata est differentia secus respectu successionis. Habetur etiam in Authen. in successione. C. de suis & legi. heredi. & in §. sed & hęc quidem. cum concordan. Institu. de exhęreda. liberorum. Ita tenent Pau. Parisi. in consi. iiii. numero primo volu. 1. & in consil. xxi. numero 1. eod. vol.

REGVLA CCCX.

